

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De orthographia dictionum e Graecis tractarum

Johannes <Tortellius>

[Venedig], 12. Nov. 1484

D

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

Acia cū. c. exili & nō. t. apud græcos & latinos antiquos: atq; i. latino scribit̃. Vnde & i. triūphalib⁹. T. Plautii apud Tybur scriptū est filios dacoz remisit. Regio est scythia & portio thracia: ut quidā asserūt. Alii uero illi cōterminā esse uolūt. Dactylus cū. &. exilibus & .y. græco atq; unico. l. scribit̃. pprie a nostris digit⁹ traducit̃: ad cuius similitudinē metri pes dicitur: qui ex prima longa & duabus breuibus constat: ut Tityre. Sed digitoz apud latinos grossior dicitur pollex: alius index: sequens medius: alius annullarius: alius minimus. Quod ideo diximus: ut id declaremus: quod si medio digito quasi per indicem quisq; olim monstratus fuisset: infania in demōstrato arguebat. Quare Diogenes teste Laertio plurimos aiebat insanire per digitum: qui etiam peregrinis aliquando Demosthenē uidere

cupientibus: mediū intendens digitū: hic ait: hic est atheniensiu orator. Quod Persius & Iuuenalis certissimē expresserūt digitū illuz infamem uocitantes: hoc est infamiā irrogantez. Qua de re non aliud ipse Iuuenalis intellexit: dum de Democrito loqueretur in satyra: Omnibus in terris. Cum fortunæ ipse minaci mā daret laqueū: mediūq; ostenderet unguem: hoc est mediū & infamem digitū accipiens: quod saepe fit: partē loco totius: ut similiter Plinius circa finez libri. ix. historię naturalis. Concharū inquit e genere sunt dactyli ob humanorū unguiū similitudinē appellati: Vnguiū dixit. i. digitorū. Alii uero diuersam ab ea quā diximus infamiam esse somniant: & de medio ungue aliud genus esse contumeliæ publica uulgi iactat opinio: quæ sane nullo alio in loco legimus. Et a dactylo dactylothea cōponitur: quo sane uocabulo Vlpian⁹ non nunq; usus est: & Martialis in. xi. inquit: Nec cū laua causa quæ sit quæritis. Dactylothea nō habet.

D adica cū. i. latino & .c. exili scribit̃: populi sūt scyrharū ex parte asia: ut dixit Herodot⁹ libro historię. iiii. D æmon cum æ diphthongo scribitur: dici potest apud nos sciens. Inde eudem. i. bonus uel foelix demon: & cacodæmon malus uel infelix dicitur.

D ædalus cum. æ. diphthongo & unico. l. scribitur: fuit atheniensis Eupalami filius artis fabricæ peritissimus teste Plinio libro. vii. naturalis historię: lignariā fabricā primus adinuenit: ut ferram: asciam: perpendiculū terebellū: & nauibus primus malum & antennam imposuit: qui cuz accusaretur peremisse Perdica magnæ indolis iuuenem: & fororis filium: metuens futurum iudicium: fugit ad Chretam. Reliqua uero eius omnia tractauit Ouidius libro metamorphoseos. viii.

D ætor cum. æ. diphthongo & .t. exili scribitur: fuit uir troianus.

D ai cum. i. latino scribitur: sunt perfarum populi: qui teste Herodoto libro historiarum primo: omnes sunt pastores: & similiter mardi dropici & faratii.

D almatia cum. t. exili & .i. latino scribitur: regio est.

D amyndas cum. y. græco sequente. n. scribitur: fuit teste Plutarcho uir macedonius.

D ama per unicū. m. scribitur. nam apud græcos ἀμα dicitur: uel ἀρκασ: genus est capræ siluestris. Et pot tam masculini esse q̃ sceminini. Virgilius in bucolicis: Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ. Horatius in primo carminum: Et superiecto pauidæ natarunt æquore damæ.

D amafcus cum. c. exili scribitur: fuit teste Curtio libro. ii. de gestis Alexandri: urbs nobilissima caput Syriæ. Vnde teste Plinio libro. xv. damascena pruna dicta creduntur.

D amasthynus antepenultima cum. i. latino: penultima cuz. th. aspirato: & .y. græco scribitur: fuit teste Herodoto libro historiarum. vii. Candaulis filius: & unus ex ducibus Xerxis perfarum regis.

D amætas cum. æ. diphthongo & .t. exili scribitur: nomē fuit pastoris. de quo saepe Theocritus & Virgilius. D amon cum unico. m. scribitur: hic & phitias fuere pythagorici: & arcissimo amicitiarum uinculo constricti ut ostendit Cicero libro. ii. de officiis: & libro. v. de quæstionibus tusculanis.

D amocles cum. c. exili scribitur: nomen fuit uiri unius ex assentatoribus Dionisii.

D ana cum unico. n. & .æ. diphthongo in fine scribitur: quæ sane diphthongus nonnunq; a poetis diuiditur. ut Horatius in. iii. carminum: Inclusam danæ turris ænea robustæq; fores. Et uigilum canum. Ouidius de tristibus libro. ii. Quid danaen danæsq; nurus matremq; lyæi. fuit Acrisii filia: ut uidim⁹ in dictioe Acrisii.

D anaides cum. i. latino post. a. scribitur. patronymicū est scemininū a Danao ægisthi fratre deductum. Cuius filia fuerunt: ut uidimus: in dictioe belides: hæ uiros suos: ut in ea dictioe ostendimus: una nocte interfe cerunt: pro quo facinore dixere poetæ illas apud inferos hoc supplicio detorqueri: ut uasis fundo carenti bus haurire aquam cogantur: dicente Seneca in Medea.

Vosq; urnis: quas foratis irritus ludit labor.

Danaides coite: uestras hic dies quærit man⁹. Et in Hercule furēte: Vnasq; frustra danaides plenas ferunt.

D aphis cū. ph. aspirato & .i. latino scribit̃: & latine laur⁹ nuncupat̃. Sed fuit teste Seruio filius Mercurii formosissimus: per cuius cognitiōez scribit Diodorus siculus libro historię. vi. sunt mōtes in sicilia quos ærios uocant: hos loci natura tanq; cōtinua æstate amcenos atq; uberes reddit: fontes sunt in eis densis undiq; arboribus: aquæ præter cæteras dulcis: frequētes quoq; in eis quercus crossiorē q̃ quæ apud alios nascuntur fructū reddunt. domestica etiā arbores: & uinea permulte: adeoq; fructiferi montes existunt: ut aliquādo

carthaginensium exercitum permagnam fame superueniente abunde nutruerint. In huius regionis sylva admodum amena: in qua diuertebantur nymphe: ex nymphe Daphnide natum tradunt: qui a laurorum quoque multitudine quae in ea frequentes sunt appellatus est Daphnis: fuitque educatus a nymphe: ac bouum permulta possedit armenta: a quorum cura bucolicus dictus est. Et ut pergit idem auctor cum esset ingenio acri studiumque plurimum gubernandis bobus impenderet: carmen bucolicum quod etiam nunc usque a siculis in precio habetur adinuenit: quo & Dianam nonnunquam oblectasse idem auctor rettulit. Nunc scribit Theocritus in suo carmine bucolico amore deperisse: quin ad eum deos fere omnes confluisse: quemadmodum ad Gallum descripsit deinde Virgilius in bucolicis.

Dardanus cum unico. n. scribitur: fuit teste Virgilio in .viii. aeneidos Iouis filius ex electra: quae deinde uxor fuit Corinthis regis in Italia: a quo Corinthum oppidum construitur & cognominatur: huic Electra Iasius peperit. dicente Virgilio in .iiii. aeneidos: Hinc Dardanus ortus Iasiusque pater. Hunc deinde Dardanus post mortem Corinthis cum illo de regno dissentiens interemit. Sed uidens contra se iratum populorum naues quae forte in portu paratae aderant: ascendit: ac inde fugiens samothraciam aduentauit. dicente Virgilio in .vii. aeneidos: Fama est obscurior annis.

Aruncos ita ferresenes: his ortus in agris.

Dardanus: idaeas phrygiae penetrauit ad urbes.

Threiciaque samon: quae nunc samothracia fertur: & reliqua quae ibidem habentur. & ab ipso Dardano dardania uocitata fuit regio in phrygia: quae postea troia cognominata est: ut uidebimus in dictione phrygia & in dictione Priamus: ac dictione Troia.

Dardanus cum .i. latino & .a. diphthongo scribitur: rex erat persarum tempore Appollonii Tyanaei: hoc est tempore Tiberii Caii & Claudii imperatorum: ut ostendit Philostratus in eius uita.

Darius cum .i. latino scribitur: fuit primo nobilis persa filius Hystaspis. hic teste Herodoto libro historiarum .iiii. cum cognouisset Smerdim fratrem Patizitis magi regnum persarum dolo occupasse: ut in dictione Smerdis & in dictione Praxaspes late uidebimus: facta coniuratione cum sex aliis nobilibus Smerdim iam regem & fratrem eius Patizitem magum trucidarunt: atque ita inter eos de persarum regno contenerunt: ut cuius eorum equus sequenti die prius in ortu solis hinnitum ante regiam emitteret: ille persarum rex esset: quod dario Oebaris stabularii sui solertia contigit. Nam dimissam manum in genituum partem equae: cum ad determinatum locum uentum esset: naribus equi admouit: quo odore ad uoluptatem irritatus: ante omnes hinnitum dedit: atque ita Darius persarum rex creatus est. Nomina uero eorum qui cum Dario in magum coniuauerunt: & quae solum in Herodoto libro .iiii. historiarum legi: haec sunt: Oaues: Intaphernes: Gobrya: Megabizus: Aspiteries: Hydarnes: quorum orthographiam in suis locis conperies. Et regnauit Darius triginta sex annos: ut idem ostendit Herodotus circa initium li. vii. cui Xerxes filius ex Atosa filia Ciri successit in regno.

Dastylus cum .t. exili & .y. graeco atque unico. l. scribitur: fuit teste Herodoto libro historiae primo Gygis pater. **D**ates cum .t. exili scribitur: fuit unus ex ducibus Darii: qui teste Herodoto libro historiarum. vi. duro bello apud marathona deuincitur.

Daurises cum .i. latino scribitur: fuit teste Herodoto circa finem li. vi. unus ex ducibus Darii qui in cariis ceciderunt.

Deiphobus per .i. latinum: & per .o. purum ante .b. & non deiphobus per .ae. diphthongum uel cum .e. ante .b. scribitur. Nam sic quoque a graecis Διφωβος: cum prima longa & penultima breui annotatur: quod Virgilius obseruauit cum ait in .vi. Filius ex Hecuba uxore. hic post obitum Paridis Helenam duxit uxorem: de quo Virgilius praefato libro scripsit.

Deiphobe eodem modo cum .o. puro ante .b. scribitur: sic enim apud graecos: uidelicet Διφωβη notat: fuit nymphe quaedam filia Glauci. Virgilius: Deiphobe glauci.

Demetrius cum .t. exili & .i. scribitur: fuit unus filius Seleuci filii Antiochi magni: de quo uidebimus in dictione Seleucus. Alius fuit Phalerius cum unico. l. cognominatus. Et teste Laertio fuit Phanostrati filius genere non factis illustris. Hoc teste Cicero circa initium libri primi de officiis: disputator fuit subtilis: orator parum uehemens: dulcis tamen: ut Thephraasti discipulum possis agnoscere. Favorinus uero dixit illum fuisse ex Zenonis familia: & Lamiae amicae cognosci. Idem ob uirtutes eximias apud athenienses praefuit annis decem: aetateque statim trecentis sexaginta honoratus est: quarum plures erant equestres: & in curribus seu bigis stabant. Summoque studio intra quadringentos dies fuerunt consumate. Ciuitate auxit redditibus & edificiis: deinde absens sententiam de morte a quibusdam inuidis passus est: quin & illius imagines dirutae: partim uenditae sunt: partim submersae: & partim in frustra fractae. Vna tantummodo in arce seruata est. Et in ea accusatioe parum absuit: quin Alexander comicus capitis sententiam exciperet: non ob aliud nisi quod erat illius amicus. Quem Thelesphorus eius generis purgauit. Demetrius uero ubi compertum habuit athenienses suas imagines euerdissse: ait: uirtute non euerterunt: cuius gratia illas erexerant: nec ulli plures unquam statuae teste Plinio li. xxxiiii. naturalis historiae dicatae fuerunt quam ipsi Demetrio phalereo. Dicebatque tantum in republica ualere eloquentiam: quantum in bello ferrum. Circa huius tempora teste Quintiliano libro .ii. de institutione oratoria: institutum fere constat fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud graecos dicere. An uero ab ipso ipse generis exerci-

tationis sit inuentum parum compertū esse dixit. Sed ne hi quidem: ut ait qui hoc fortissime affirmant illo satis idoneo auctore nitunt. Latinos uero dicendi præceptores extremis. L. Crassi temporibus recepisse Cicero auctor est. Quorum insignis maxime Plocius fuit idem Gieronimus de uiris illustribus ait Plocius. Gallus primus romæ latinam rhetoricam docuit: de quo Cicero memoria teneo pueris nobis primū latinā docere cœpisse Plocium quendam. Sed ut ex diuersis collegi atq; Laertio plures fuere Demetrii. Vnus fuit ex Alexandri magni ducibus: qui occiso Alexandro filio Cassandri: qui omnem magni Alexandri stirpē de leuerat: & græciam ac macedoniā occupauerat: fuit Macedo rex creatus. Alius fuit eius Philippi macedoniæ regis filius: qui cum romanis plurima bella gessit. de quo Liuius libro. x. de bello macedonico: & Iustinus libro. xxxii. scripserunt. Alius fuit Selenci filius: & frater Antiochi Epiphani. Alius chalcedonius fuit orator. Alius bizantius philosophus peripateticus. Alius statuarius: qui teste Quintiliano libro. xii. de institutione oratoria: tanq̄ nimis in ueritate seu proprietate reprehendit. Nam ut pergit fuit similitudinis q̄ pulchritudinis amantior. Alius fuit Aspendius Appollonii discipulus. Alius calantianus: qui de asia & europa libros scripsit uiginti. Alius bizantius: qui gallorum aduentum ex europa in asiam scripsit. Alius sophista moratus alexandria: qui artes oratorias scripsit. Alius atramitenus grammaticus appellatus Ixion: quia lunonez iuriis aliquo affectisse uidef. Alius cyrenæ grammaticus uir magni precii. Alius sepsius uir diues & studiosus. Alius erithræus grammaticus. Alius bithynius fili⁹ Panætii rhodii. Alius orator smyrnæus: & hi omnes profam scripserunt. Alii etiam poetica scriptauerunt. Vnus ueterem comœdiam scripsit. Alius fuit epicurus: qui contra inuidios scripsit. Alius ex tarsa satyricus. Quartus iambicus amarus uir. Quintus erithræus uarius scriptor. Vnde etiam historicos & oratorios conscripsit libros.

D emaratus cum unico. t. & illo exili scribitur: fuit teste Liuiio libro primo ab urbe condita corinthius negotiator diues: & pater Tarquini prisci romanorū regis. hic cū ob seditionē corintho profugus esset: & forte Tarquiniis confedisset uxore ibi ducta duos genuit filios: Luconem scilicet: qui deinde fuit romanorū rex & dictus Tarquinius: & Arunta. Aliter uero Demaratus fuit rex spartanus: qui ob indignationem a patria discedens: ad regem perfarum diffugit: de quo Iustinus nonnulla & Herodotus plura scripsere.

D eiphyle antepenultima cum. i. latino: & penultima cum. y. græco scribitur: fuit Adrafi regis filia: & Tidei uxor: cui Diomedem peperit.

D eiphylus eodē modo uti superior scribitur: fuit teste Homero libro iliados. v. Stheneli filii Capanei in bello troiano amicus obsequentissimus.

D eipites cū. i. latino utrobicq; & t. exili scribitur: fuit teste Homero uir troianus quē Vlixes in bello interemit.

D eiopeia cum. i. latino in antepenultima. Verum penultima apud græcos habet ei diphthongum: quaz nos in. e. aliquando longam commutamus: quandoq; uero diuidimus: & secundam uocalem in consonantē cōmutamus: ac dicimus Diopœia Virgilius libro primo aeneidos: Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeia: Connubio iungam stabili. Nam græce Διοπεία scribitur.

D eipyrae cum. y. græco in penultima sequente. r. in ultima scribitur: fuit teste Homero libro. viii. iliados: unus ex principibus iuuentutis græcorum.

D eioeces cum. i. latino & c. exili scribitur: fuit teste Herodoto Phraoræ filius: & medorum rex.

D elphinus cum. ph. aspirato & i. latino scribitur: piscis est: de quo Plinius & Solinus plurima retulerunt. Quin & delphinis. dici potest: ut Titan titanis uel titanos: & Titanus titani: Elephas elephatis uel elephatos: & elephantus elephantum. arabs arabis uel arabos: & arabus arabi.

D elphi cum. ph. aspirato & i. latino in fine scribitur: quo sane uocabulo non solum oppidani sed etiam oppidum sic in plurali designatur. Idq; non solum græci: sed etiaz nostri obseruauerunt: ut apud Thucydide & Liuium sæpe comperimus similiter leontini pariter pro oppido & oppidanis accipitur.

D elos cum. e. absq; diphthongo & unico. l. scribitur: insula est in mari agæo cantatissima a poetis ob Apollinis & Dianæ natiuitatem: & ἀδελῶς quod est manifesto nomen assumpsit. Nam teste Plinio libro. iiii. naturalis historiae Aristoteles ita appellatam tradidit: quoniam repente apparuit enata. Macrobius uero libro saturnalium primo dixit eam sic uocitatam: quia ortus & quasi partus luminum omnia facit ἀδελῶς. idest aperta clarescere. eandem Aglostenes teste eodem Plinio: cynthiam prius dictam fuisse rettulit. Alii orthygiam de qua in dictione ortygia uidebimus.

D emocedes cum. c. exili & absq; aliquo diphthongo scribitur: fuit teste Herodoto li. historiæ. iiii. crotoniata medicus illustris: qui cū inter Darii captiuos esset: & Darius ipse ob inuersum pedē grauius agrotaret: ita ut iam septē dies in somnis egisset: nec a medicis suis uel pag iuuaret: duct⁹ in mediū Democedes: uinctus compedibus Dariū penit⁹ liberauit. Et deinde maximo in honore apud regē habit⁹ est & omnes perlas.

D emocritus absq; aliqua aspiratiōe & cum. i. latino scribitur: fuit abderites philosophus Aegistrati fili⁹: seu secunduz alios Athenocriti: uel secundum alios Damassippi. hic teste Herodoto libro historiæ. vi. magos quosdā & chaldaeos primo audiuit Xerxe rege patriæ illius quando apud illū hospitat⁹ est: præceptores relinquēte: a quib⁹ theologiā & astrologiā didicit: cum adhuc puer esset. Is deinde Demetrio & Antisthene testibus in ægyptū iuit: ut geometriā perciperet: & in perusum ad rubrūq; mare & claldeos diuinarum reruz

cognitione atidus perrexit. Diuisitq; duobus fratribus suis substantiã minorẽq; partem pro se tenuit: quæ scilicet illi peregrinanti sufficeret. Venit Athenas & in despectũ gloriæ noluit agnosci. Et cuz cognouisset ipse Socratem ignoratus est ab ipso. Tandem in patriam a peregrinatione reuersus: a fratre summa inopia nutritus est. Nam relicto omni patrimonio in hortulis quibusdã iuxta suæ urbis muros se ad solas rerũ naturas contemplandas contraxit. Et ut ex epistolis Hippocratis habetur: quocunq; fortunæ casu & mutabiliũ rerum audito in risum soluebatur dicente etiam Iuuenale in satyra: Omnibus in terris perpetuo risu pulmonem agitare solebat Democritus. Et subdit: Tum quoq; naturam risus inuenit ad omnes Oecurfus hominum. Et subdit: Ridebat curas: nec non & gaudia uulgi. Interdũ & lachrymas. Quare creditus in infania uersus: ab abderitis conciuibus suis conuocatus fuit Hippocrates pro illius cura. Qui cum hominis altissimam sapientiã cognouisset: eruditionem se ab illo recessisse fassus est: ut in Hippocratis epistolis scriptum comperi. tandem teste Cicerone libro quinto tuschularũ quæstionũ: & Gellio libro. x. noctiũ actiuarum: quod nullibi apud græcos legi seipsum occæcauit: quod ideo fecisse dicunt ut naturæ secreta subtilius rimaretur: ratus uarias imagines per corporeos oculos in animam irruentes: frequenter acumen cogitationũ obtundere. Eius mors uarie ab auctoribus fertur. Agebatq; centum & nouem annos cuz mortuus est teste Hipparcho: dixit omnia ex atomis fieri: & plures esse mũdos ac corruptibiles. Multa uolumina reliquit: utputa de medicina: de naturalib; de carmine: de uersibus Homeri: de poesi: de uenustate carminis de agricultura: de moralibus: & alia complura. Vnde Timon prætulit eum cæteris & monuit legendum. Fuere Democriti sex. Primus hic. Secundus chijs qui fuit musicus & illi contẽporaneus. Tertius sculpsor. Quartus qui de templo ephesiæ Dianæ scripsit. Quintus epigrammatũ poeta clarus. Sextus pergameus orator clarus.

Dercyllus cum. e. exili & .y. græco atq; duplici. l. scribitur. fuit teste Plutarcho unus ex præfectis Pirrhi: & inde dercillidas deducitur.

Dersai cum. æ. diphthongo in penultima scribitur: populi sunt græcorum in littoribus thraciæ: ut ostendit Herodotus libro historiarum septimo.

Derufiæ cū. i. latino in antepenultima: & .æ. diphthongo in penultima scribitur: fiterũt teste Herodoto libro historiarũ primo: oratores perfici. similiter apud eosdẽ germanii & panthialei cū. th. aspirato & .i. latino.

Deucalion cū eu diphthongo & .e. exili atq; unico. l. & .i. latino scribitur: fuit Promethei filius ex matre Clymene: ut græcorũ plurimi attestantur. Hesiodus uero dixit Perynoe cum. y. græco. Nonnulli autẽ alii Hesione: cui adulto Epimeus patruus Pyrrham filiam dedit uxorem. Quorum tempore sæuum diluuium in thessalia factum est: ita ut neminem præter illos duos poetæ euasisse canant: ut uidebimus in dictione pyrrha: Fuitq; teste Iustino octingentesimo decimo anno ante urbem conditam: quo tempore regnabat Amphion apud thebas: apud athenas uero Granao: uel ut alii putant Cecrops. Ante hoc itaq; diluuium aliud fuisse scribunt historici sub Ogygio in achaia & boecia uastatione pene totius prouinciæ: sed cum particulares hæ fuerint inundationes aquarũ: illa uniuersalis fuit sub Noe: quam sacræ litteræ attestantur.

Demosthenes cum. th. aspirato scribitur: cuius uocabuli compositione in ante habitis explicauimus. Na; ex ex δῆμος qui est populus: & δῆμος robor componitur quasi robor populi. fuit omnium græciæ oratorũ princeps: cuius uitam Leonardus Aretinus cõtterraneus meus ex græcis ad latinos transtulit. Et auctoritate Hermippi ostendit patrẽ in officina gladiog; fuisse. Vnde teste Iuuenale in satyra Omnibus in terris: Pater Demosthenen ardentis massæ fuligine lippus A carbone & forcipibus gladiosq; parante Incude: & Luteo Vulcano ad rethora misit: quid ultimũ non plene cum his quæ Leonardus noster scripsit concordare uide tur: cum longe post mortem patris hoc sibi assumpsisse officiu referat. Sed q; id sit teste Iuuenale Sæuus & illum exitus eripuit. Na; fractis patriæ rebus: ne ueniret in manus stulti populi sæuentis: se ueneno affecit inter satellites. Nequibat enim patriæ ferre salutem ut solebat.

Demodocus cū. c. exili scribitur: fuit citharœd;: quẽ Homerus libro odissæ. viii. inducit in conuiuio Alcinoi regis phæacum: in quo Vlixem excepit citharam pulsare & una canere. Vt similiter apud Virgiliũ in conuiuio Didonis: Cithara crinitus iopas perfonat aurata. Vnde inquit Alcinoi in eo conuiuio apud Homerũ καλέσασθε δῆμοιον ἀοιδόν δημόδοκον: hoc est uocate diuinum cantorem Demodocum. Cecinitq; ut late prosequitur idem Homerus Veneris Martisq; dolos: & dulcia furta. Et componit Demodocus ex δῆμος qui est populus & δοκίσις æstimatio: quasi populi æstimatio diceret.

Democoon cum. c. exili sequẽte duplicato. o. in pleno nomine: hoc est absq; synæresi scribitur: fuit teste Homero libro quarto iliados: nothus Priami filius: qui uelocissimos patris equos apud abydum custodiebat hunc Vlixes in bello interemit.

Demophon sequẽte. o. duplicato in pleno: hoc est absq; synæresi nomine scribitur: habetq; accentũ acutũ in penultima: quia naturã græcã in declinatione græca etiã apud nostros conseruat: ut late uidebim; in dictione profedia. Sane per synæresim illa duo. o. quorũ primũ est breue ultimũ uero longũ in unũ. o. longum: tam apud græcos q; nostros conuertunt ut dicunt Demophon: ubi habet accentũ circũflexum. In ultima fuit teste Iustino libro. ii. Thesei ex Phædra cõiuge filius: qui cuz Antigono fratre auxilia græcis cõtra troianos

tulit. Tandem ilio deruto dum ad patriam rediret: tempestate furente in thraciam delatus est: ubi a Phylli de Lycargi regis filia: non tantū regno: sed hospitio & lecto receptus est. Et cum aliquādiu cum ea stetit: audito de fratre Menestheo athenarum rege q̄ agitatus procellis ad melos insulam deuenisset: ibiq; diem clausisset extremū: impetrata ad breue tempus licentia a Phyllide: & ab eadez instauratis nauibus athenas rediit. Vbi rex effectus: cum teste Ouidio ultra promissum tempus tardaret: Phyllis amoris furentis impatiens laqueo se suspendit: & in siccam amigdalū conuersa fuit: quæ cum post Demophontis reditū ab illo amplexaret folia emisit: quæ deinde ab illa cognominata sunt Phylla: cū teste Seruio petalia prius diceret.

Deus cum .e. absq; diphthongo scribitur: ut omnes asserunt a uerbo græco descendit. Sed quidam dicunt a *εὖ* quod est uideo & *speculor* deriuari. Alii uero a *δέομαι* quod est timeo: & inde *δέος* timor: eo q̄ omnibus sit timendus. Vnde ait Statio: Primus in orbe deos fecit timor. Itaq; Saturnus cum potentissim⁹ rex esset: ad retinendam parentum suorum memoriam: eorum nomina celo terræq; indidit. Quare patrē dixit *ὀυραν*: quod cælum latine indicat: Matrem uero *γᾶν*: quæ terram dicit: & *Vesta* interpretatur eo q̄ rebus omnibus uestiatur ut quibusdam placet: seu quia ui sua stat ut dixit Ouidius libro fastorum. vi. ubi ait: Stat ui terra sua: ui stando *Vesta* uocatur. Fuit etiam alia *Vesta* uirgo perpetua: cui uestales uirgines sacrificabant: & *Vestæ* præfata neptis: hoc est Saturni filia ex *Ope*: ut late ostendit Ouidius eodem libro fastorum. vi. ubi tandem de hac ipsa concludens dixit:

Nectui aliud uestam: q̄ uiuam intellige flammam.

Nataq; de flamma corpora nulla uides.

Iure ergo uirgo est quæ semina nulla remittit.

Nec capit: & comites uirginitatis habet.

Saturnus uero a nobis est appellatus: quia satures annis. ut refert Balbus apud Ciceronem li. ii. de natura deorū. A græcis uero *Cronus* dicitur quod apud nos tempus designat: ut supra in ea dictione uidimus. Nā cum Celi fili⁹ dictus fuerit: fingebant poetæ natos suos omnes deuorasse solitum qua fictōne ostendere uoluerunt omnia ipso tempore consumi: & annis infaturabiliter expleri. Omnia ergo uertuntur: ut dixit Propertius: Et thebæ steterant altaq; troia fuit: Nec semper barbara memphys pyramidum miraculis gloria bat. Sed aliquando annorū serie peribunt: Quam sententiam Ouidius elegantissime expressit cum ait.

Tempus edax rerum: tuq; inuidiosa uetustas.

Omnia destruitis uitiatq; dentibus xui.

Paulatim nigra consumitis omnia morte.

Saturni uxor dicta fuit a græcis *Rhea* a *ρεῖω*: quod est fluo. cum deorum multitudo ab ipsa fluxerit. A latinis uero dicitur *Ops*: ut in ea dictione uidimus. Ex hac filius natus *Iuppiter* a nobis dicitur: quasi iuuas pater: a græcis uero *Ζεύς*: a uerbo *ζῶω*: quod est deductum: quia ut aiebant uita dator erat: & inde *Zenobius* quasi *ἠνός* *βίος*. i. Iouis uita: uel etiam beatitudo: nam utrunq; *βίος* designat. sed teste Balbo i præfato libro conuersis casibus Iouem a iuuando appellamus. A poetis uero pater diuū atq; hominū dicitur: a maioribus autem nostris optimus maximusq; hunc etiā antiqui græci nonunq; *æthera* dixerunt: ut Euripides cuius. i. latine ad poetæ sententiā traduci uersiculi possunt.

Vides sublime imoderatum æthera.

Qui terram teneto circūuentu amplectitur.

Hunc summum habeo diuum: hunc perhibeto Iouem.

Eius soror & coniunx fuit: quæ ut refert Cicero etiam a iuuando noiata creditur. Nam græce *Ἥρα* dicitur. Vnde nos heram dicimus: hoc est dominam. hanc stoici p̄ aere sumunt: eo q̄ similitudinem habeat cū *æthere*: & coniunctōem magnā cum eo quod *Virgilius* georgicorū li. ii. cum ait.

Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther.

Coniugis in gremium lætæ descendit: & omnes.

Magnus ait magno cōmixto corpore foetus.

Ex Iouis uero fratribus unus fuit *Neptunus*. quē idem Balbus apud Ciceronem præfato li. a nādo paululū primis litteris imutatis dictum asserit: is græce *Ποσειδών* noiatur: quē a *Ποσειδ*: quod est potus cognominatum dicunt: eo q̄ oibus potum exhibeat. Alter fuit Iouis frater dictus ab illis *Pluto*: a nobis uero hic *dis*: & hic *Ditis*: quia ut ait Balbus terræna quæq; uis aut natura diti patri dedicata ē: eo q̄ diuitie omnes e terris oriunt: & in terras recidunt. Nam *πλοῦτος* græce latine diuitia dicitur. *Quintilianus* uero in primo de institutione oratoria a contrario interpretat: quæ minime diues ē. At *Plutoni* p̄ *Perpinā* poetæ coniungit: quod uocabulū ex græco *Περσεφόνη* trāslatū ē: quā ut ait Balbus: frugū semē esse uolūt absconditāq; queri a matre fingunt. quæ latine dicta ē *Ceres*: quasi gerēs hoc ē a gerēdis frugib⁹ appellata: prima. i. littera imutata: ut idē rettulit Balb⁹. Vnde a græcis dicit *Δημήτρα*: quasi *γῆ μήτρα*: hoc ē terræ mater. At uero *Serui* sup̄ primo georgicorū. *Cerere* a creādo dicta uoluit. Vnde alma *Ceres* dicit: quæ nos alit. hæc fuit Iouis soror. quæ cū illi placeret *Perpinā* ex eo pepit. Ex Ioue uero & *Iunone*: ut qdā uolunt natus est *Mars*. Alii uero ex sola *Iunone*: ut *Ouidi* li. fastorū. v. At *Mars* p̄ *epithesiz* *Maiors* dicit: sic quoq; teste Balbo

tine dictus: quia magna sit uertens. nam is græce ἀριστονοία ab ἀίρω: quod ē occido deductū. Ex Iouis uero capite Minerva nascit: quæ sic quoq; latine appellat: q̄si uim minet: uel a minuendo: ut in ea dictioe late uidebim⁹. Nā græce αθηνα uocat. Sane Iouis & Latona filii fuerunt Apollo & Diana. Apollo quidem græcū est uocabulū: quē illi etiā φῶς βόν: hoc est solē appellant. Et Diana similiter: q̄si Iouis filia nuncupat: quæ etiā alio noīe ab illis ἀρτεμις dicit: quā & luuā putant: eo q̄ noctu luceat. Nā ut ait Balbus Sol dicit⁹ ē q̄ solus ex oībus syderibus ē tant⁹. Vel quia cū est ortus obscuritatis oībus aliis solus appeat dicitur: q̄ græce λαίωσ. Lunam uero a lucēdo dictā uoluit: quæ græce σεληνη nūcupat. Eadem esse Lucinā dicūt. Itaq; ut quæ apud græcos Diana a nobis lucifera: & Iuno Lucina dicat: quā sane in pariēdo inuocant. Vnde Virgilius in Pollione: Casta faue lucina: tuus iā regnat apollo: & Cicero Timæū quendā refert q̄: cum in historia dixisset: quā nocte natus Alexander esset: eadem Ephesæ Dianæ tēplum deflagrauisse: adiunxit id mirabile esse mirandū quod Diana cū in partu Olympiadis adesse uoluisset abfuisset domo. Nāq; ob hoc teste Seruio sup. iii. æneidos tunc quoq; a parturiētib⁹ inuocabat: q̄ primū nata parturienti matri appollo nē obstetricis officiū exercuisse dicebat. Alia fuit dea Iouis filia latine Venus teste Balbo appellata: q̄ ad res oēs ueniret. At ex ea potius uenustas q̄ uenus ex uenustate dici uoluit. Et cum deus deaq; & deabus ab auctorib⁹ nostris dicat: diuus diua diuab⁹ non dicit. Quod in quibusdā aliis contingit. Nā dicit filius filia filiabus: & nō priuignus priuigna priuignab⁹: natus nata natab⁹: & non genit⁹ genita genitab⁹: put Valla dixit: licet Priscianus dubitet utrū natabus a bonis auctorib⁹ comperiat: equus equa equabus: mulus mula mulabus: & nō asinus asina asinab⁹: nec inuēcus inuenca inuēcabus: nō ceruabus nec lupabus: nō libertabus: nō patronabus: nō cōcubinabus: nō pedissequab⁹: non seruabus: nō famulabus: nō dominabus: nō etiā aiabus: Tam & si ex posterioribus quidā his duob⁹ ultimis utuntur. Cicero tamē ad uxore & filiaz scribens: duabus ais suis dixit non aiabus. Et Curtius de matre & uxore Alexandri dominia & nō dominabus dixit. Quare dominabus & aiabus magis p̄ licentiā q̄ recto modo loquendi quosdā ufos fuisse Laurenti⁹ meus Vallengis putat in elegantis ad me missis: quē admodū & nonnulli ueteres dextrabus dixerunt pro dextris: & eabus p̄ eis. Sed de recte loquendi usu magis q̄ ab usu tetigimus.

D exitheia cum. i. latiuo & .th. aspirato scribit: fuit teste Plutarcho in uita Romuli Phorbantis filia.

D iabolus cum. i. latino & unico. l. scribit: q̄ q̄ a uerbo cū duplici. l. scripto deriuetur: uidelicet a διαβαλλω quod est criminor: unde diabolus græce criminor dicitur: & componitur διαβαλλω ex δια p̄positione quæ pro dicit. & βαλλω iacio.

D iadema cum. i. latino scribitur: habetq; apud nostros accentum in penultima. apud græcos uero in antepenultima: ut in diuersis aliis contingit.

D iæresis prima cum. i. latino: & sequens cum. æ. diphthongo scribitur: dici potest a nostris diuisio: unde figura tunc quædam dicitur: cum una syllaba in duas diuiditur. Ouidius libro metamorphoseos primo. Tertia post illam successit ænea proles: ubi & .a. & .e. diphthongus diuiditur: Horatius: Diuesq; deducunt Iouem nunc mare: nunc siluæ: ubi siluæ teste Prisciano trisyllabum est in scansione. Virgilius similiter li. æneidos. iii. Aulæ in medio libabant pocula bacchi: ubi .a. & .i. diphthongus græca diuiditur.

D iæta cum. i. latino & .æ. diphthongo atq; .t. exili scribitur.

D iagoras cum. i. latino scribitur: fuit philosophus cognominatus atheos. i. negans deos: ut in ea dictione uidimus. Nam teste Cicerone libro. iii. de natura deorū cum samothraciam uenisset atq; ei quidam amic⁹ dixisset: tu qui deos putas humana negligere: nōne aduertis ex tot tabulis pictis q̄ multi uotis uim tēpestatis effugerint: in portūq; salui peruenerint: ita fit inquit. illi enim nunq; picti sunt: qui naufragia fecerunt: in mariq; perierunt.

D ialectica cum. e. ante. t. absq; aliqua aspiratione atq; .i. latino scribitur: dici potest a nobis disputatrix. Nam a διαλέγομαι deriuatur: quod est disputo: unde etiam dialogus. dialegome uero a δια p̄positione: quæ dicit p̄: & λέγομαι: quod est fermocinor: quia per fermocinatōem disputatio ipsa p̄sequitur.

D ialogus cum. i. latino: & unico. l. scribitur: dici potest a nobis disputatio: unde a δια quod est p̄: & λογος fermocinatio: quæ & sermonem & rationem comprehendit: cum per fermocinatōem disputatio conficiat. Sane differt oratio cū p̄prie accipit a sermone quod hic sedatior remissior pressior ac tenuior: qualis philosophorum. oratio uero in qua ornamenta affectusq; insunt popularibus accomodata auribus. Ideoq; oratores uocantur: quod hoc genere utuntur: philosophi uero magis fermociocinantes.

D ialyton prima cum. i. latino: penultima cum. y. græco: ultima cum. t. exili scribit: dici potest latine dissolutū nam descendit a uerbo διαλυω. quod est dissoluo. Et est figura cum sine coniunctionibus punctatim dictiones p̄feruntur. Ut Ite ferte citi ferrum. date uella: impellite remos. Similiter iusticia prudentia fortitudo me superasti. Et est eadem figura cum illa: quam asyntheton diximus.

D iana cum. i. latino & unico. n. scribit: dictio est ab Διῶσ. i. Ioue deducta quasi Iouiniana. Vnde licet plures fuisse Dianæ. Cicero de natura deorum referat. illa tamē noiatisima est: & cui omnia attribuunt quæ Iouis filia ex Latona eodem partu cum Appolline nata dicitur: hæc ob uirginitatis amorem hominū fertur confortium a suffugisse: & ut a se libidinis pruritus abdecaret uenando incolebat siluas ac montium salt⁹

- Quare cur arcu & pharetra illa incessisse ferunt: quā uirgines plures simili ppositō sequebantur: dicente Virgilio libro aeneidos primo.
- Qualis in eurotae ripis: aut per iugā cynthi.
- Exercet diana choros: quam mille secuta.
- Hinc atq; hinc glomerantur oreades: illa pharetram.
- Fert humero: gradientēq; deas supereminet omnes.
- Idem longo & insigni uersu Claudianus poeta cum de laudibus Stilichonis agere explicauit: cuius primā Virgilius produxit cum ait: Exercet diana choros: Quā reliqui poetae corripere consueuerunt. Ouidius libro. iii. metamorphoseos: nomine gargaphyae succincte sacra diana: & alio libro. Vidi sine ueste diana: Iuuenalis in. iii. satyra. Me quoq; ad eluinam cererem: uestramq; diana. Item in satyra: Omnibus in terris Pulchra gaudet latona diana: hanc acteonem in ceruicem mutasse ferūt poetae: quā ipsam lauante se nudā uiderat. Eandem Orionem occidisse scribitur: quia uim sibi inferre uoluit. Eidem in taurica regione ex humana hostia sacra fiebant: ut in dictione ephigenia uidebimus. Illa eadem templum habuit apud ephesum admirandum: & magna cum religione a sagestanis in sicilia colebatur: a cretensibus similiter quam Britomartem eorum lingua cognominatam dixit Solinus: quod uocabulum ut ait sermone nostro uirginē dulcem sonat: ab eisdem graece Dictynna dicta fuit: ut in ea dictione monstrabimus: hanc eadem refert Homerus in iliade iratam fuisse: quod sibi thalesia pro frugibus Oeneus Rex Calidoniae non fecisset: cum caeteri omnes dii sacrificii suscepissent honorem: & illa sola inhonorata remansisset: uel quia oblitus fuerat: uel quia illi non putarat agendum: quare terribilem fetis ac dentibus immisit aprum: qui regionem Oenei totam uastaret: ut uidebimus in dictione Meleager: sed cur diana a parturientibus inuocaretur: uidimus in dictione deus.
- D**iancea cum. i. latino in prima: & in penultima cum. ae. diphthongo scribitur: dicitur a nostris mens intellectus: unde etiam ab oratore pro quadam figura ponitur: quae sensum magis q̄ uerba designat: dicente Quintiliano in primo de institutione oratoria figuras quaeq; lexeos quaeq; dianceas uocantur.
- D**iafyrmos penultima cum. y. graeco scribitur: dici potest distractio: nam a διασφρα: quod est distraho deducitur. Vnde & figura ponitur quando una dictio ad duo diuersa significata distrahitur. Virgilius in bucolicis: Interstrepere anser oleres. i. malus poeta inter bonos. Ob quod eam etiam tunc figuraz esse dicunt quando quis magna uerbis cominuit: & minima extollit.
- D**iafasis cum. i. latino utrobiq; & t. exili scribitur: dici potest latine distantia. Naz ex δια componitur: quod nonnunq; ob & longe designat: & stasis quod est distantia.
- D**iafsole cum. i. latino & t. exili atq; unico. l. scribitur: dici potest a nobis distinctio uel dilatio. Quod quidem fit cum una dictio uel sententia ab alia distinguitur: uel cum breuis syllaba producitur: ut Virgilius aeneidos libro primo. Et uersa puluis inscribitur hasta. Idem lib. ii. Lucus ubiq; pauor & plurima mortis imago.
- D**icaearchus prima cum. i. latino: sequens cum. c. exili: & ae. diphthongo: ultima cum. ch. aspirato scribitur: quasi iustus iudex. Nam δικαιοσ iustus dicitur: & archus princeps: est uiri nomen proprium.
- D**ictamus & dictamum utrunq; comperitur: & utrunq; cum. i. latino: & t. exilibus scribitur herba est medicinalis: de qua Virgilius libro. xii. meminit: quum hac herba ab Venere in medelam uulneris in Aeneam illati deportatur: ait enim Dictamum genitrix cretae carpit ab ida Puberibus caulem foliis & flore coman-tem Purpureo.
- D**ictynna prima cum. i. latino: sequens cum. t. exilibus: & y. graeco: quin & cum duplicato. n. scribitur: dicta fuit a cretensibus lingua: graeca Diana: quia cum uirgo quaedam cretensis quā britonem Lactantius grama-ticus uocauit. Solinus Britomartem uirginitatem suam Dianae dicasset: & a Minoe tunc rege opprimi ad uirginitatem perdendam cogere: semelq; uideretur astringi: cum non alia illi fuga dari posset: in mare se praecipitem dedit: cuius cadauer cum retibus a piscatoribus forte comperatū esset: dictynna deinde ab ipsis retibus cognominata fuit. nam δικτυον graece latine rete dicitur: sed cum grandis pestis ob id in creta sequeretur habito responso ut aedem Dianae construerent: Dianam ipsam a cognomine uirginis Dictynna nam uocauere: dicente Tibullo in elegia ad Priapum: Perq; suas impune finit dictynna sagittas. Quare & mons ubi fuit aedes dictynnae modo consimili dictus fuit. Quae sane aedes teste Solino manus Daedali ostendit: & quā nemo nudus ingredi licite poterat.
- D**ictaeus prima cum. i. latino: sequens cum. t. & ae. diphthongo scribitur: cognomen est montis cuiusdam in creta: & a Dictae nympha: quae teste Seruio super. iii. aeneidos illic colebatur cognominatus. Virgilius libro georgicorum. Dicteo caeli regem pauere sub antro.
- D**idyme prima cum. i. latino: & penultima cum. y. graeco scribitur insula est una ex aolis in freto siculo.
- D**idymus prima cum. i. latino: sequens cum. y. graeco scribitur: dici potest a nobis gemellus. Estq; uiri nomen proprium.

- D**idymaon prima cum. i. latino: sequens cum. y. græco scribitur: fuit armorum artifex eximius: de quo Virgii libro. v. aneidis meminit cum ait. Et clipeum efferru iussit didymaonis artes.
- D**idrachma cum. i. latino & ch. aspirato scribitur: diciq; potest apud nos hisdrachma. nam ex Δισ apud nos est bis: & Δραχμῶν componitur.
- D**ies cum. i. latino scribitur: & a Διός hoc est Ioue græca dictione deducitur. Nam eodem modo ut nostri Iouem adiutorem ita græci Διάβοηθον & nos diem adiutorem accipimus. Et inde Diespiter quasi iuuas pater: qui lingua osca teste Seruio lucreti? dicitur. Virgilius libro. viii. aneidis. Aliqui uero diē proprie significare deum contendunt: quod si sic esset a Δέος: quod est timor: ut supra uidimus deduceretur. Et teste Prisciano in. v. tam masculini q̄; foemini generis in singulari numero inuenitur: ex quo diminutium fit diecula. Terentius in andria: Eo impudens non satis est: quod tibi dieculam addo pro dilatōne aliqua temporis. In plurali uero semper masculinum inuenitur: & dicitur dies serialium teste Varrone a ferendis in sepulchra epulis.
- D**iespiter cum. i. latino utrobique & t. exili scribitur: de quo uidimus in præcedenti dictione: quo sane uocabulo cum alii plures sint usi: tum Horatius in primo carminum: Namq; diespiter igni corusco Nubila diuidens: plerūq; per purum tonantes egit equos uolucrēq; currum.
- D**igamma cum. i. latino & duplicato. m. scribitur: & significat bis aut duplex gamma: quæ tertia est alphabeti græcorum littera: unde. f. nostrum digamma uocabatur: quia figuram duplicis gamme detinebat.
- D**ynasta cum. y. græco & t. exili scribitur: dici potest latine potentes: quo uocabulo utitur nonnunq; Cicero & a Δυναμί quæ est potentia deducitur.
- D**indyma cum. i. latino sequente. n. penultima cum. y. græco: & ultima cum. m. littera scribitur: mons est phrygiæ matri deum sacer: declinaturque tantummodo in plurali. Virgii libro aneidis. ix. Ite p alta dindyma.
- D**inocrates cum. i. latino: & absq; aliqua aspiratione scribitur: fuit Alexandri magni architectus: de cuius forma corpore & ingenio Vitrubius in proemio libri secundi de architectura plura scribit: hic teste eodez Vitrubio Alexandro in ægypto alexandriam metatus est: & instaurationi templi ephesiæ Dianæ præfuit: idēz teste Plinio libro. vii. naturalis historiæ imperatori Alexandro dixit. Nequis ipsum alius q̄; appelles pinget: q̄; Pyrgoteles sculperet: q̄; Lyfippus ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis.
- D**iocles cum. i. latino & c. exili: hoc est absq; aspiratione scribitur: nomen est uiri proprium: quod interpretari ualet Iouis gloria: hoc est Διός quod est Iouis: & κλέος gloria: hic teste Plutarcho in uita Romuli Pæparethius cognominatur & laudatur historicus.
- D**iocleus cum. i. latino & c. exili scribitur: habetq; accentum in penultima: hoc est super. e. & fuit Orfilochi filius: ut in ea dictione uidebimus: hic teste Homero libro. v. iliados habitabat in phæra loco sane insigni: uir rebus omnibus ad uitam idoneis circūfluus: & genus ducens ab alpheo fluuio: quod libro. xv. odysseæ idem poeta confirmauit Διοκλήος ποτὶ Δώμῳ ὄρσι λοχοιο Τὼν ἀφείος Τέκε παίδα. Et interpretari ualet: Διοσκλέος: hoc est Iouis gloria.
- D**ion cum. i. latino scribitur: fuit syracusanus nobilis Hippatini filius: & utraq; dionysiorum tyrannide complicatus: Namq; superior ille Dionysius Aristomachem dionis sororem in matrimonio habuit. Ex qua duos filios Hipparium & Nisæum procreauit: Totidemque filias: unam nomine Sophrosynem: alteram Artem. Quarum priorem teste Aemilio probo Dionysio filio eidem cui regnum reliquit nuptum dedit: Alteram ipsi dioni. Hic præter nobilem propinquitatem & generosam maiorum famam multa alia ab natura bona recepit: ut ingenium docile come: & ad optimas artes aptum: magnam corporis dignitatem: magnas item diuitias a patre relictas: quas ipsi tyranni muneribus auerat. Ideo adeo Platonem amauit: ut se eidem totum traderet. Nec minus eo Plato delectaretur. Is deinde a dionysio filio syracusis eiectus: corinthum confugiens: fretus non tam suis copiis: q̄; odio tyranni maximo animo duabus onerariis nauib; quin quaginta annorum imperium munitum quingentis longis nauibus decem equitum centumq; peditum milibus profectus: post diem tertium q̄; siciliam attigerit: syracusas introiuit: & demum fraude Callicratis cuiusdam atheniensis: qui cum eo ex peloponneso uenerat interfectus est. Alter fuit dion Pruseus orator eximius: cui ob eloquentiam Chrysofotomo cognomen fuit.
- D**iogenes cum. i. latino scribitur: & dicitur quasi Διός: hoc est Iouis genus: fuit teste diocle sinopæus Icesii mensarii filius: quem fugisse aiunt: cum pater eius publice mensam haberet: ac falso pecuniam signaret. Eubolides uero in libro de diogene dicit ipsum hoc fecisse. f. monetæ falsam signationem. Alii putant euz sponte patriam reliquisse. hic ueniens athenas: ibi Antisthenem comperit: a quo cum non reciperetur in disciplina. nam statuerat neminem recipere: perseverantia illum uicit. Pallium primus duplex habuit secū dum aliquos: & peram in qua cibos ferebat. Omniq; utebatur ad omnia loco: & prandens: & dormiens & loquens. Cum scripsisset cuidam ut sibi cellam pararet: faciente id illo tardius: dolium pro domo habuit. Aestate in seruida harena se uolutabat. hyeme coopertas niue statuas amplectabatur: parans se his modis ad laborum tolerantiam. Idem cum uidisset puerum concaua manu bibentem abiecit uile uas: quod ha

bebat: dicens puer me uilitate superauit. Idem cum alium uidisset puerum perfracto uase pane concato lenticulam suscipientem: abiicit catinum. Dicebat omnia esse deorum: & sapientes deorum amicos: huius disceptationes cum Aristippo descripsit Horatius epistola decima septima. Inerat illi teste Laertio suauissimus sermo: acerq; in despiciendis aliis. Nam scholam Euclidis dicebat esse bilem Platonis auditorum consumptionem dionysia certamina magna miracula stultorum: Oratores etia; urbe ministros grammaticos admirari se dicebat: qui cum Vlyxis mala requirerent: sua ignorarent: musicos mordebat: quod cum lyrae chordas aptarent: animi inconcinnos motus haberent. Mathematicos carpebat: q; solem: lunam: & sydera intuerentur: quae uero erant ante pedes non curarent oratorem itidem: q; studerent iuste dicere: non autem facere. Et alia complura: quae longum esset referre: huic ad solem sedenti: cum diceret Alexander: pete quid uis: ait noli mihi umbram facere. Et fama fuit referente Laertio Alexandrum dixisse se uelle esse Diogenem nisi esset Alexander. hic deinde cum in aegnam nauigaret: a piratis comprehensus fuit: quoru; princeps fuit Cerpalus: & cretam deductus est: ut uenderetur. Cum autem interrogaretur quid sciret agere: dixit se scire uiris imperare. Atq; ad praecone[m] inquit praedica quisnam dominum sibi uult emere. Sedere prohibitus: inquit nil refert. nam pisces quomodocunq; iaceant emuntur. Et cum uideret corinthium quendam praecleara effigie: & habitu ingenuo Xenidem nomine: inquit huic me uende: hic domino indiget: eum digito denotans. Quem Xenides audito & inspecto uiro libentissime emit. Et cum corinthum secum adducens: filii suis praecceptorem dedit: & omni praefecit domui: ille autem Xenidi eum sibi parere oportere: q; uis esset seruus. Cum & medico & gubernatori quauis seruis sapius pareatur: cuius clarissima praeccepta ita comprobauit Xenides ut saepe diceret bonus daemom domum meam intrauit. At ipsius Xenides filios teste Eubolo in libro qui inscribitur Diogenis uenditio: post reliquas disciplinas: docuit equitare: arcus intendere: fundas rotare: atq; iaculari in palaestra: tum eos exercebat: gratia tantum roboris comparandi: & bonae ualitudinis. Tenebant pueri multa ex poetis & aliis. Tum ex ipso memoriter omnem illis Diogenes rationem doctrinae: ut facile memoria teneret breuiter collectam insimulabat: domi eos ministrare docebat: leui contentos cibo: ac uili pane & aqua: ad cutem illos tondere faciebat: deducebatq; in compositos: ad uenationes aliquando exercebat. Et cum teste Cleomene in libro de pedagogis necessarij illum redimere uoluisset fatuos appellauit dicens leones nutrientiu non esse seruos: s; illos magis leonum. Senuit apud Xenidem: ut Eubolus rettulit: obiitq; annoru; nonaginta: & a filiis Xenide sepultus fuit: cum multi alij eius corpus postulassent. Sed de illius morte uariae fuerunt sententiae: illa tamen magis approbatur: q; desiderio migrandi uita continendo spiritum animam exhalarit. De illius sepulchro in dictione cynicus uidim;. Illius ciues aereis eum statuis honorauerunt: ita subscribentes: senescet tempore quidem hoc aas: sed tua sane Diogenes gloria obsolecet saeculis. Nam uitae gloria mortales illustrati per te sunt facileq; uiuendi gloria praetulisti. ferunt quidam dialogos illum fecisse nonnullos: Tragedias septem: & alia pauca. At satyrus quidem affirmat non esse eas Diogenis. Fuerunt diogenes quinque. Primus apolloniates phisic; eloquens sapiens & Anaximenis auditor: fuitq; temporibus Anaxagorae. Secundus sicyonius: qui peloponesica scripsit. Tertius hic. Quartus stoicus ex seleutia: qui babylonius ob uicinitatem dictus fuit. Quintus tarsensis quae stionum poeticarum scriptor: sed de quo intellexit Iuuenalis in satyra quae incipit. Omnibus in terris quuz dixit diogenem hominum errores semper deslere consueuiffe: cum Democritus contra soleret semper ridere: id dubium facere potest: quod apud auctores graecos de cynico nusq; comperi: & forte stoicus fuit.

Diomedes cum. i. latino scribitur fuit rex aetoliae: Tidei & deiphiles filius: a quo cum apud troiam uictus fuisset Aeneas: uocauit illum apud Virgilium libro aeneidos primo fortissimum danaum. Nam ut dicunt poetae. Aeneam peremisset: ni Venus mater se illius ictibus opposuisset: quae ab illo uulnerata dicitur: ut late rettulit Homerus libro. v. iliados: quod apud Virgilium libro. xi. aeneidos: Diomedes ipse fassus est: cu; ait. Hac adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt.

Tempore: cum ferro caelestia corpora demens.

Appetii: & Veneris uiolau i uulnere dextram.

Ve; cu; post captam troiam ad ppria rediret: compissetq; Aegiale uxorem hortatu Naupli patris Palamedis Cylleboro filio Stheneli hefisse: uel uerecudia cocitus: ut quida; ferunt. Vel qa ab ea recept; no; fuerit: ut alij asserunt nauigio duct; secessit in apulia: ubi teste Festo cu; dauno regni parte sortit; est: dicente etia; Oui. li. fa stoz. iiii. Et gen; ceneidu; appule daune tuu;. Na; oene; Tidei pater fuit. Tandem excedens Italia diomedes in insula ppinq; quae ab illo diomedea dicta fuit sepultus e;. Alter fuit diomedes truculent; rex thracu; q; equos suos aduenage carne i tyrida oppido depascebat. S; tandem ab Hercule maetatis iumens suis in pabulu; dat; est: dicente haec Seneca in Hercule furere: Suisq; regem pabulu; armentis datum. Ouidius uero libro. ix. metamorphoseon dixit Herculem diomedem maetasse & equos. Vnde apud eum dicebat Hercules.

Quid q; Thraeces equos humano sanguine pingues:

Plenaq; corporib; laceris praesepia uidi: Vifaq; deieci: dominuq; ipsoq; peremi.

Sane id quoq; ultra rerum historia; aduertendum est: omnia nomina graeca in es terminata: quae genitiuum

per plenam elocationem . hoc est absq; synaresi in eos mittunt: cum in illo sit synaresis: In us genitiuum terminant: ut Diomedes huius diomedeos: & per synaresim huius Diomedus: similiter huius Demosthenes: & per synaresim demosthenus faciunt: datiuum deinde in ei diuisas syllabas: & per synaresim in diphthongum coniunctas: ut diomedei: & per synaresim diomedæi cum diphthongo similiter demosthenæi diuisis syllabis: & per synaresim demosthenæi cum diphthongo. Accusatiuum plena elocatione in ea mittunt: ut diomedea demosthenea: quæ duæ uocales per synaresim in unam .e. conuertuntur. Naz apud græcos transferuntur in .h. sane litteram nos in .e. transferimus: ut demosthenea: & per synaresim apud græcos Δι.μ.ο.σ.σ.ε.ν.η. Nos demosthene dicimus. similiter diomedea: nos per synaresim diomede dicimus: quod Virgilius teste Seruio obseruauit: cum ait libro .xi. Vidimus o ciues diomede argiuq; castra. Nam si diomedem cum terminatione in .n. dixisset: nec latinum protulisset: nec græcum: nec uersus staret: cum nunq; est hiphis per .n. litteram fiat. Sin uero cum .m. dicat diomedem: latinus accusatiuus est: & stat uersus: quia fit est hiphis: ut multum ille & terris. Sed obstant teste Seruio antiqui textus: qui diomede cum solo .e. habet: quod rectissime stare potest seruata declinatione græca: cuius Virgilius sapissime obseruantissimus fuit.

Diomeda cū .i. latino: & absq; aliquo diphthongo scribitur: fuit teste Homero libro .ix. iliados Phorbatis filia: quæ lesbo Achilles dum esset in bello troiano abduxerat. hæc eodem teste post ablatam ab Agamemnone Briseida cum illo dormire consueuerat.

Dymeropus cum .y. græco & .o. ante .p. scribitur: fuit teste Homero libro .ii. iliados: Adrafi pater & Amphii.

Dione cum .i. latino scribitur: fuit teste Hesiodo in theogonia una ex nymphis filia Oceani & Thethyos: quæ teste Seruio cum puella esset formosissima a Ioue dilecta & compressa fuit. Illiq; Venerem peperit. Idem Homerus libro .v. iliados confirmare uidetur. cum illo referente Venus eam matrem semper appellet: atq; itidem illam Venerem filiam. Sed id confundentes poetæ pro Venere sæpe cani posuerunt dicente Ouidio libro factorum .v.

Hyppollite infœlix uelles coluisse dionem.

Cum consternatis diripereris equis.

Et a Dione dionæus cum .æ. diphthongo deducitur. Virgilius in bucolicis . Ecce dionæi processerit Cæsaris astrum: & l. iii. æneidos. Sacra dionææ matri .i. Veneri.

Dionysius prima & ultima cum .i. latino: a ntepenultima uero cum .y. græco scribitur fuit bacchi proprius nomen: & compositum ex dios & nysa urbe inter arabiam & ægyptum: quasi Iouis nysius. Nam ut ait Diodorus siculus libro historiarum quinto: Barbari quidem huius sibi dei genus uendicauerunt: ut ægyptii: qui illum Osiridem deum suum fuisse asserunt: quem & omnem circuisse orbem: & docuisse plantare uites: & uini repertorem fuisse dicunt: atq; deinde a græcis dionysium uocitatum. Indi similiter apud senatum fuisse contendunt. Sed græci ex Semele filia Cadminatuz dicunt: quæ cum ex Ioue pregnans esse: rogauit illum ut secum per Lunone assueuerat coiret: Iuppiter maiestate dei assumpta euz tonitribus ac fulgure ad eam descendit illa uero pregnans: Cum neq; tonitruus neq; fulguris uim ferre posset filiuq; aborsa igne exspirauit. Infantem Iuppiter Mercurio dedit ad antrum nyse urbis ut dixit Homerus in hymnis quod inter arabiam & nilumq; est deferendum: a nymphisq; omni studio curaq; educandū: unde a Ioue nysaq; dionysium dixerunt. Itaq; nutritum a nymphis aiunt: uini uineaq; extitisse auctorem. Orbem quoq; ferme perambulantez: multas regiones addidisse domesticas: ac præterea maximis apud omnes honoribus celebratum. nam quorum regio uites ferre non posset potum ex ordeo docuisse conficere non multum a sapore uini distantem. Addunt & teste præfato Diodoro illum peragrando orbem exercitum secum duxisse: non tantum uirorum sed etiam mulierum. Vnde & multis græcis urbibus triennio bacchides mulieres conueniunt: apud quas de more uirgines thyrsum ferunt in honorem dei bacchantes: eiq; per coetus sacrificantes: postremo memoriam menadum quæ feruntur: Illi deo astitisse hymnis & cantu renouant. Sustulit eodem auctore diodoro & omnes impios qui in orbe erant: sed maxime Pentheum atq; Lycurgum: dicitur etiam primus boues ad iugum iunxisse: quorum opera uberiorem & nitidiorem frugem femina produxisse: q̄ ex re illum cum cornibus poetæ finxerunt: ferunt & illum deliciis deditum molli corpore ac præ cæteris decoro. tradunt & musas uirgines cum eo profectas doctas psallere. & bonis artibus eruditas: quibus deus ipse oblectabatur: secutusq; est illū Silenus pedagogus illius ac nutritor: optimorumq; institutor studiorum. Plurimum dionysio ad uirtutem & gloriam resq; bellicas pfuit: armicis bellicis .i. pugna utebat: & pardalorum pellibus pacis tempore & diebus solennibus: uestes gerebat floridas delicatas atque molles: & multa de illo Diodor⁹ diuersis in libris prosequitur. Sed hæc tantum tetigit: quæ a poetis nostris tãgi non consueuerunt. Alius fuit dionysius siciliæ tyrannus: qui syracusanus cognominatus est: cuius quidem origo ab historicis: quos legi subicitur: hic teste Cornelio nepote manu fortis & bello peritus fuit: & id quod in tyranno non facile repperitur minime libidinosus: non luxuriosus: non auarus: nullius rei denique cupidus: nisi singularis perpetuique imperii: ob eamque rem crudelis.

Cuius filius similiter Dionysius in tyrānide successit: uir omni turpitudine repletus: qui tandē teste Cicero
ne li. iiii. quæstionū tusculanagē syraculis pulsus: corinthi pueros docuit: sicq; imperio carere nō potuit: de
quo Ouidius libro. iiii. de ponto ait.

Ille syracusia modo formidatus in urbe.

Vix humi duram reppulit arte famem.

De quo Iustinus li. xix. sui epitomatis tractauit.

Dipelus cum. i. latino & unico. l. scribitur: fuit Sycli frater: & ambo teste Pli. in creta insula geniti medis impe-
rātib; hoc ē prius q̄ Cyrus in persas regnare inciperet Olympiade circiter quinquagesima. ii. eodem Pli.
teste primi omnium marmore sculpendo claruere.

Diphas cum. i. latino sequeute. pl. scribitur apud nos dicitur sitis: & ponit a græcis & latinis p serpente e genere
aspiduz: cuius morfu incredibilis inducit sitis. Vnde Lucan⁹ li. ix. In mediis sitiebāt dipsades undis: de quo
plura habentur in eodem libro.

Diphthongus prima cū. i. latino: sequēs cū. ph. & th. aspiratis scribitur: & ē diphthongus duarū uocalium uim
suā seruantiū in eadē syllaba cōplexio: ut æs: præ: & similes. Nā si iudex aut uolo dicim⁹: cū nec. i. in prima
nec. u. in secunda sonū suū conseruet: diphthongū nō fecim⁹: & cōponit diphthongus ex dis quod nos bis
dicit: & φθoγγος qui uocalis est sonus: Sunt igitur latinæ eloquētia diphthongi quattuor: quib⁹ nostri au-
ctores in scriptura nostra usi sunt: uidelicet au. æ. eu. œ. præter nōnullas græcas: quas quinq; scripserūt: ut
in præceptis ostendim⁹: ex barbaris uero acceperūt: nōnulli poetizantes ai: ut Rainaldus raimūduš Aimo.
Itē uo: ut Volderie⁹. Itē ui: ut Vilielm⁹ Vido: quib⁹ moderniores. g. præponere consuerūt: ac dicere Guili-
elm⁹ Guido: s; his ommissis solū ad eas: qbus antiq; poetæ linguæ nostræ patroni utunt: redeūdū duxim⁹. Ex
illis igitur quattuor hæc duæ. au. eu. nullā in scribendo ābiguitatem ingerunt: s; litteris suis: ut pferunt: sic
quoq; & scribunt. Sed id sane dubiū nōnunq; efficit: quod diphthong⁹ in illis litteris aliquādo esse uideat
cū diuisæ sint & sepatæ syllabæ: nec ulla mihi ē diphthong⁹: ad quod utiq; disceruendū hæc subiici regula
ualet: Vbiq; a. uel. e. in omnibus ante us finalē reperiunt: fere ubiq; a. & u. uel. e. & u. ab inuicē sūt diui-
sæ: ut Nicola⁹: Archelaus: alucus: cære. excipiunt in latinis dictōib⁹ laus: fraus: heus. in quib⁹ diphthongus
est. In græcis uero dictōnib⁹ nōnunq; mutatōe illoq; in similibus dictōib⁹ diphthongos in fine habemus:
ut Orphe⁹. Virgilius in buccolicis: Orpheus in siluis: inter delphinas orion: Simili modo Tydeus. Et hæc
de au & eu diphthongis dicta sufficiant. Porro de æ. & œ. diligentius differendū est. Nā cū hæc diphthon-
gi platione discerni nequeāt: scribuntur enī & nō nisi sono ipsi⁹: e. pferunt: difficultatē nō paruam quādoq;
cum in scriptura hoc ē quādo scribi diphthong⁹: uel nō scribi debeat: tū etiā in tempore ingerūt: hoc ē an
longæ sint uel breues esse possint. Sed de scriptura primitus psequentes de tēpore in fine tractatu li huius
differem⁹. Omnis igitur æ. diphthongus aut picipalis est dictōnis syllaba: ut æquor: aut finalis ut musæ: aut
media ut coræus. De principali uero & media hoc ē diphthongo signari habent: generalis regula dari nō
pōt. At de finali quoq; regula dat. Omnis genitiuus singularis nois in prima declinatiōe: datiuus singula-
ris & noiatiuus: ac uocatiuus pluralis. æ. diphthongo terminant. Quæ sane regula nunq; fallit. & hæc de æ.
diphthongo at de. œ. hoc quoq; generaliter an notari pōt. Nullaz sane dictōem. œ. diphthongo scriptura
recta aut pbatōne terminari posse. s; supra in medio: aut principio dictōis cōperiri. De qbus ut diximus
cū generalis regula dari nō possit: latinas quasdā dictōes p alphabetū annotabimus: quæ in initio uel medio
suo ordine diphthogant. Nā græcæ quoq; dictōnū orthographiā in toto nostro uolumine explicabimus
Nec ex græcis hoc in loco nisi pauucas illas tātūmodo cōtingemus: quæ in frequētiori latinog; usu habent.

Ae diphthongus ante. a. in latinis dictōibus cōperiri nō pōt. In græcis uero reperit: ut æs: quod nomē est p-
priuū fluuii: ut supra uidimus: similiter ante. b. & c. eadē diphthongo non utimur. Nec ante. f. reperitur.
Non etiā ante. h. i. k. & p. nec etiā ante. o. in latinis dictōibus illaz habemus. In græcis uero utimus Aeolus:
& ab eo descēdentia. At ante alias litteras comperi ualet: ut per ordinem ostendemus.

Aedes cum. æ. diphthongo scribitur: & ab edo uerbo. quod sine diphthongo est teste Varrone. & Seruio tra-
hitur: eo q̄ in illa sacrificantes edere consueuerint. Nam teste Seruio super secundum georgicorum quæ-
dam sunt nomina quæ in initio diphthongantur: & a uerbo non diphthongato descēdunt: ut ædes & æ-
culus: quæ cum. æ. diphthongo scribuntur: & ab edo uerbo: cuius prima breuis est: & sine diphthongo
scribitur: descēdunt. Similiter cælatum quod est absconditum cum. æ. diphthongo scribi dicit: & a celo
celas sine diphthongo asserit deriuari. Significat autem ædes in singulari templum: ut Cicero philippica-
rum libro primo: ex eo inquit die quo in ædem Telluris conuocati sumus: in quo templo quantum in me
fuit ieci fundamenta pacis. In quo templo dixit id est in qua æde Telluris: & fere semper cum adiectione p-
fertur: ut in æde Iouis: Mercurii: Mineruæ: in æde Concordiæ: Telluris: Honoris: Virtutis in æde sacra. At
in plurali secundum adiectionem. & priuatam domum significat: & templum: ut ædes meas: ædes Mar-
celli non aliter quam pro domo mea: & domo Marcelli accipere possumus: etiam si egregias aut pul-
chras ædes. aut absolutæ ædes nos dicimus domum tantummodo designare solemus: Vt Virgilius li-
bro georgicorum primo: Mane salutatum totis uocet ædibus undam. Si uero addimus aliquid

- ad religionem spectans: ut si in plurali etiam dicimus: sacras aedes: aut deorum aedes: aut nymphaeum aedes: templa plura annotamus. Lucretius de Ioue loquens sic ait: Ipse suas aedes disturbat: quod perinde est ac si dixisset: Iouis diuersas aedes. Horatius uero in tertio carminu: pulchre significauit dicens: Delicta maioru immeritus lues Romanae donec refeceris aedesq; labentes deorum & foeda uirgo simulacra fumo. Quare dixit Paulus iurifconsultus titulo de ruina incendio & naufragio aedium appellatioe omnes species aedificii continentur. Sane edo uerbum a quo deducta aedem diximus: sine diphthongo scribi notauimus: siue graecum illud sit: & tunc idem quod comedo significat: siue latinu esse dicatur: & tunc ex e. ppositioe & do coponit: nec comedere sed extra dare siue praebere designat. Vnde libros edere dicim⁹ cu illos publicam⁹.
- A** editui simili modo scribitur: & ab aedibus sacris quas tuentur appellati sunt: non a priuatis.
- A** editimus cum .a. diphthongo scribitur: & cum .m. ante us scribitur: uerbum quoq; latinum est teste Gellio libro .xii. noctium aedificiarum: & uidetur ea forma dictum qua finitum⁹ & legitimum. Et is dicitur qui aedib⁹ praest: sicut claustritimus a Prothesilao dictus est qui claustris ianuaz praest. Vnde in exemplaribus fidelissimis. M. Tullii in Verrem scriptum se inuenisse dixit Gellius aeditimi: custodefq; mature sentiunt: licet in uulgaribus libris aeditui comperiri dicat. Et inde uerbum aeditimor Pomponius in atelliana: Qui postquam tibi appareo atq; aeditimor in templo tuo.
- A** editucentes: Lucretius teste Gellio libro .xii. in carmine suo p aedituis appellat. q illis curadis praepositi erant q; a priuatis. Vnde Pomponius iurifconsultus de origine iuris inquit: Aediles duo ex plebe constituti sunt q; edibus praesent: in quibus oia sita sua plebs deferebat: & ab eo deriuata eodem modo scribunt: ut aedituitas: aedituitus: & similia.
- A** edifico & aedificium simili modo scribuntur.
- A** eger cum a diphthongo scribitur: & ab ago uerbo cata antiphrasim deduci perhibet: eo quod agros sit actione uacare. Vel potius ab eo quod acius agit ex infirmitate. Quin & ab eo descendencia simili modo scribunt: ut agrotus agrotus agritudo.
- A** edepol cum a diphthongo scribitur: & aduerbiu est iurandi: quasi per aedem Pollucis.
- A** egi cum a diphthongo scribitur: & est praeteritum ab ago formatum.
- A** emulor cum a diphthongo scribitur: & ab amo oriri: ac ab eo prima uocale diphthongi trahere perhibet: quod sane iure factu uidetur. quu pro amare ponit: Sed cum pro inuideo uel sequor poni dicitur: cata antiphrasim ab amo deriuatur.
- A** ene⁹ cu a diphthongo in prima scribitur: & ab are trahitur: de quo in sua dictione uidebitur.
- A** enum diphthongu similiter exigere posse uidet: quia ab are modo cosimili deriuat. Sz diuisis litteris semper a nostris poetis & tota pferit: Horati⁹. Sub nocte gelida lignis calefactat aenum. Naq; uas est aereum in quo aqua calefieri seu bulire dicit. Virgilius libro georgicor. secudo: Aut foliis undam tepidi despumant aheni. Quod Gellius p interpositam aspiratione uidelicet aheni a Virgilio emendatu fuisse refert: ut in sequentibus uidebimus: cum de media aspiratione uidebimus.
- A** equus. i. iustus & planus cu a diphthongo scribitur: & ut qdem perhibet ab aquae similitudine tractu fuit: eo q; elemetu illd supra caetera aqua habere superficie uideat. Vnde aequitas aequalitas & aequo aequas uerbu atq; ab eo composita cum diphthongo scribuntur: ut aequiparo: aequiualeo: & similia. At equus quod animal est absq; dubio sine diphthongo prorsus scribitur.
- A** equor cu a diphthongo scribitur: & modo cosimili ab aqua origine ducit: sed teste Varrone ppterca p a diphthongu notat: quod equa habet superficie. Vnde dicimus aequora capi: & aequora ponti.
- A** equinoctium cum diphthongo a scribitur: quia ex aequalitate noctium dicitur.
- A** ero aeras uerbum cu a diphthongo scribitur. & ab obliquis ei⁹ nois: quod est as aeris descendit. Vnde etia e aliud uerbum subaro subaras: quod simili modo cum .a. diphthongo scribitur. Persius in satyra Vatribus hic mos est inquit. Nequa subarato mendosum tinneat aurum.
- A** erarium cu .a. diphthongo scribitur: & est aeris repositoriu: hoc est nummorum simulq; rerum preciosarum atq; opu. de quo late in dictione roma uidebim⁹. Et inde ararii tribuni q; teste Festo a tribuendo aeri sut appellati.
- A** eripies licet ab eo quod est aer & pes componat: a Virgilio tamen illud .a. & illud .e. in diphthongum coniu guntur: cum ait libro aeneidos. Fixerit eripidem cerua: licet aut erymanthi.
- A** es aeris cu .a. diphthongo scribitur: quod. M. Varro ab esse: alii ab auri similitudine dictu putat. Nonnulli a graeco etia: quod e terra. Sed a quouis horz oriat: liquet quod ab eo prima uocale diphthongi contraxit.
- A** estas & aestus: aestiuusq; & uerbu aestuo cu .a. diphthongo scribuntur: & ab areo ueniunt: a quo prima diphthongi uocale assumunt. Accipit tamen aliquando aestas p uere: ut Virg. li. georgicor. iii. Incipiens stabulis edico i mollibus herbas carpere oues. dum mox frondosa reducit aestas. Sane aestus: quia comotionem quandam idu cit factum fuit: ut etiam comotionem quandam aquarum designaret.
- A** esculus cu .a. diphthongo scribitur: arbor e gladiifera cui⁹ fructu cu in prima aetate hoies uescerent: ab edo quod est comedo: licet sine diphthongo prima heat & breue deductis: ut supra uidim⁹ in dictione aedes.
- A** etas aeternus & aeternitas cum .a. diphthongo scribuntur: & oriri ab aeu Apulegius grammaticus attestat:

vii. naturalis historia: Qui primus in ea familia sic dictus est ex caelo utero sic tractus fuit. Itaq; caelus caesura caesarianus caesareus caelones & similia: cum .æ. diphthongo scribuntur. Sane teste eodē Plini. & in eodē. li. animi uigore praestantissimus. C. Caesar dictator fuit. Et ut pergit nec uirtutē constantiaq; nunc cōmemoro: nec sublimitatē omnium capacē: quae caelo continent: sed propriū uigorē: celeritatēq; quodam igne uolucrē: scribere & legere simul dictare: audire solitū accepimus. Epistolas uero tantarū rerum quaternas librarus dictare: aut si nihil aliud ageret septenas dictare. Idem signis collatis quinquages dimicauit. Nam praeter ciuiles uictorias undecies centū & nonaginta milia hominū occisa procelus ab eo non equidem in gloria posueri tanta etiā coacta humani generis iniuriā quod ita esse cōfessus ipse est bellog; ciuiliū stragē nō p̄dēdo.

Cater caetera caeterū cū .æ. diphthongo scribi cōsueuerūt: & ab alter altera alterū deduci quidā putāt. Alii uero sine diphthongo scribi uolūt: & a graeco trahi asserūt: quod est ἕτερον ἕτερα ἕτερον: in quib⁹ cū apud antiquos graecos aspiratio in uersu scriberet quae similitudinē nostri cōtinet: putauerūt quidā. c. nostrū esse & caeter caetera caeterum traduxerūt: uel ut alii dicunt secundum litteraturā grācam in masculino caeterus: quod in usu non est.

Cameus cū .æ. diphthōgo a multis scribit: & claritate mētis dictū phibēt: ab aliis uero q̄si cali mēs iterptat.

Cenum cum .æ. diphthongo ex deriuatione Prisciani scribitur: quia a uerbo κοινῶ quod est in quino trahitur: ut supra uidimus cum de syllabis in .b. tractarem.

Cœpi uerbum defectiuū: uel ut alii dicunt praeteritū huius uerbi cœpio: quod iam non nisi in praeterito est in usu: & p̄ principio & i cœpi capis: cū .œ. diphthōgo scribit. Sane futurū tēpus teste Festo ptulit Cato cū inquit: Cœpiam seditiosa uerba loqui. Et p̄git Festus inuenit quoq; apud maiores & infinitiui modi cœpere.

Facundus cum .æ. diphthongo scribendum dicunt: & a facio originem duci uolunt eo q̄ faciat fructū. Alii tunc tantum diphthongum scribendam asserunt: cum de sensibilibus dicitur. Cum uero ad insensibilia fertur: differentiae causa carere diphthongo.

Fax cum .æ. diphthongo auctore Prisciano scribitur: quod ideo fit teste Apulegio grammatico: ut in datiuo dissideat a praeterito uerbi facio: quod sine diphthongo scribi feci.

Fraegi praeteritum deductum a frango: cum .æ. diphthongo scribitur.

Fraetis pro sustentatus cum .æ. diphthongo scribi dixit Apulegius ut in obliquis differat a freto: quod mare designat.

Fraetum cum .æ. diphthongo scribitur: & a frangendo equorū ut aliorū animalū ora deducitur.

Fraesus cum .æ. diphthongo sequente unico. f. scribitur: a frangendo similiter dictum uolunt quasi fract⁹ sit: unde faba fraesa. i. fracta.

Fraelix cum .œ. diphthongo scribitur: & ut quidam putant a foenus deducitur: conuersione. n. in. l. quasi beatus: hoc est diues & foenore plenus qui foelix esse dicatur. Vt uero in antiquis inscriptionibus p̄speximus semper sine diphthongo scribitur.

Fraedo cū .œ. diphthongo scribitur. & ut quidā putant ex foras & edo: quod est manifesto compositum & in diphthongū redactū fuit eo q̄ omnia foeda siue animi siue corporis foras edāt. unde apte Virgilius in .vii. aeneidos: Impulerat ferro argolicas foedare latebras. quous Serui placere exponat: ego foras dare. i. aperire interpretaret & manifestare. Rursus & foedū Serui ipse aliquādo crudele dixit apud Virgiliū & Salustiuū significare. Non turpe sanguine foedantē quos ipse sacrauerat ignes. & Salusti⁹ foedi oculi: quod ego ex secundaria quādā significatōe posse fieri: ut in multis aliis non cōtenderi. ea enim quae crudelia & nefaria sunt ipsa crudelitate foeda & maculosa dici possunt: ut miro epitheto in quarto carminum expressit Horatius: Mos & lex maculosum edomuit nefas: ubi aerō exponit: quia ex nefariis rebus macula nascit. i. foedatōes.

Fraedus cum .œ. diphthongo etiam in alio significato a superiori scribitur: sed quia longam primam habet: & a uerbo ferio quod habet primam breuem deducit: scripserunt auctores nostri foed⁹ cū .œ. diphthongo. Idq; ex primo foedere factum est. quo teste Liuiio libro. i. ab urbe: Vetusior foederis memoria non est. Nam tuncq; porcū cum hoc carmine: ut idem rettulit scrierunt. Iuppiter audi Sine dolo malo: utiq; ea hic hodie rectissima intellecta sunt: illis legibus si prior populus romanus defecerit publico consilio dolo malo tu illo die Iuppiter populum romanum sic ferito. Vt ego hunc porcū hic hodie feriam tantomagis ferito: quantomagis potes pollesq;. Id ubi dixit porcū saxo silice percussit. Vnde Virgilius in octauo aeneidos: Stabant & caesa firmabant foedera porca. Et magis cum diphthongo. œ. q̄. æ. scribi placuit: ne a facio deductum putaretur.

Fraemina cum .œ. diphthongo ab antiquis nostris semper scriptum comperi: deduciturq; a uerbo foeto foetas. i. pario paris uel genero generas: quod sim iliter cum .œ. diphthongo: ut infra uidebimus scribitur. Reperitur etiam in plurali foemina generis neutri: cuius nominatiuus singularis foemen in usu nō est: & significat partē illam inferiorē coxae molliorēq; quae retro habet cum anteriorē femera absq; diphthongo dicit. Liuius li. xxii. Quosdā lingt & iacētes uiuos, succifos foeminib⁹ poplitibusq; inuenerūt: a quo cōficiē nomē foeminalia. i. femoralia. Nam utrūq; p̄ braechis scriptū cōperi. At coxa pars supra femora dicit uertebrūq; ipsum. quod quotiens uiciatū est: aut os illud quod in uerebro uoluit fractū: coxa uiciata fractaue dicit.

& per sincopam dicitur ætas quasi æuitas.

Aeuum cum. æ. scribi in dictionibus græcis ostendimus: atq; teste Apulegio ab *ἄωω* latini traxerunt. u. quoq; interiectantes hiatus causa.

Amœnus cum. æ. diphthongo in penultima scribitur: & teste festo ab amando deducitur. Vnde amœna inquit loca sunt quæ ad se amanda alliciant. Seruius uero ab a quod est sine: & mœnio quod est munio: & fructu; capio: qui locus est iucundus: & sine fructus captione.

Arcæra cum. æ. diphthongo scribitur: & ab arca deduci uidetur. Nam lex erat. xii. tabularū in hæc uerba: Si in ius uocat: si morbus æuitasue uitium extitit qui in ius uocabit iumentum dato: si uolet arcæram sternito Et subdit Gellius libro. xx. noctium actiarum: lumentum quoq; non id solum significat quod nunc dicitur: sed uestibulum etiam quod adiunctis pecoribus trahebatur ueteres nostri iumentu; a iungendo dixerunt: arcæra autem uocabatur plostrum tectum undiq; & munitum: quasi arca quædam magna uestimentis instrata: qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant.

Bælua cum. æ. diphthongo scribitur: & ut quidam ferunt a uasitate: alii a ualentia: alii a balatu deriuatū existimant: itaq; a quocunq; sit a principali primam uocalem traxit.

Bæsus cum. æ. diphthongo scribitur: & a blætero natū ferūt: de quo supra in dictione blæterare diximus.

Cæuis cum. æ. diphthongo in prima scribitur: dicitur quasi captus oculis: uel ut alii uolunt quasi carens luce: atq; ideo per. æ. diphthongum notatur.

Cædo p. incido quod in præterito facit cecidi p. æ. diphthongū in præsentī scribitur ut a cædo alio uerbo differat: quod est locum do. & in præterito facit cessi: & licet teste Prisciano lib. i. diphthongus in præsentī uerbo posita: nunq; in præterito cōmutet. ut hæreo hæsi: audio audiui: mœnio mœniui. excipit cædo quod in præterito absq; diphthongo facit cecidi: & ipsa. e. corripit atq; penultimā pducit: ut in sequētib; uidebim;. Sane cædo quod ponit p. dic quod absq; diphthongo scribitur & primā habz breuē Iuena. i. satyra: Credo pudiciā: post minor ē credas aliā: cædo si breuī parui Sortita ē lateris spaciū breuiorq; uidet Virgic pigmea.

Cælo pro sculpo quidam latinum esse uolunt & cum. æ. diphthongo scribi ut differat a celo quod est abscondo: & sine diphthongo scribitur. Alii uero a græco quod est κοίλον: & significat contaum deriuari uolunt: quia scilicet id necessario in sculptura exigitur: & ob id cum. æ. diphthongo scribi uolunt: ut supra uidimus in dictione celum cum. æ. diphthongo.

Cælum similiter cum. æ. diphthongo plures scribūt: & dictū aiūt eo qd sit cælātū. i. syderib; sculptum. Varro autem de lingua latina scribit cælū dictū a cauo: quod si a græco quod est κοίλον intelligere uoluit: cū. æ. diphthongo scribi debet. Sinuero a latino uerbo cū. æ. diphthongo scribendū est.

Cælus cum. æ. diphthongo scribitur: & a celo dictū asserūt. i. altus & sublimis.

Cælebs cum. æ. diphthongo scribitur: & is est teste Prisciano qui cælestē uitam ducit: ubi. b. p. u. cōsonante in ultima apponi dicit: quia. u. cōsonās ante aliā cōsonantē locari nō pōt. Simili modo Fest; cælibē inqt dictū existimāt: quod celo dignā uitā agat: in quo sane hi nō significationē exp̄ssisse uident: sed etymologiā eo mō quo apud Quiltianū. li. i. de institutōe oratoria ingeniose inqt uisus ē Caninius cælibes dicere ueluti cælibes qd onere grauissimo uacāt: idq; græco argumēto innuit in *θεοῦς* enī eandē cām dici affirmat. Nec cedit modest; inuētōe. Nā qa celo Saturn; gēitalia abscederit hoc noīe appellatos q uxore careāt ait. Itaq; ut ex auctorib; cōcapim; cælebs tam ē q caruit semp uxore: q; qui tūc caret. Vnde cælibat; Plaut; in cassina: Sed uirū nūc te cælebē esse magis liberū an maritū seruū atate degere. Idē in mercatore: Si quē inqt scribimus seu maritū seu herele adeo cælibē scortarier. Horati; epistola. i. Nil ait esse pri; mcl; nil cælibe uita. Si nō ē iurat bene solis esse maritis. Suetoni; in Galbæ uita: Verū amissa uxore Lepida duobusq; ex ea liberis mansit in cælibatu: neq; sollicitari ulla cōditōe ampli; potuit: ne Agrippinæ qdē uiduitate morte Domitii: quæ maritū quoq; adhuc needū cælibē Galbā adeo oib; sollicitauerit modis. Itē in Claudii uita: Confirmauitq; p cōcione apud prætorianos quoniā sibi matrimonia male cederēt: pmāsurū se in cælibatu: ex qb; oibus & q; plurimis exēplis cōstat cælibē & maritū relatiua esse: ut apud Quiltianū: nam clarus an obscurus magistratus an priuatus: ciuis an peregrinus: liber an seruus: maritus an cælebs: parēs liberorū an orbis sit.

Cæpe cum. æ. diphthongo scribitur: & a capitis magnitudine ductum dicitur. Vnde primā uocalē diphthongi teste Apulegio assumpsit.

Cæpi præteritum eius uerbi quod est capio cum. æ. diphthongo scribitur: quin & alia ab eodē præterito descendētia uel cōposita: ut captus: inceptus: deceptus: præceptor: & similia: quæ a præsentī eius uerbi primam diphthongi assumunt. At cœpi cum. æ. diphthongo a cæpio uerbo formant: quod apud antiquos erat in usu: & incipio designabat.

Cæra cum. æ. diphthongo a nostris scribi consueuit qd; græcum sit: & secundū græcam orthographiā absq; diphthongo scribi debeat: ut supra in dictione æthica late uidimus. Alii uero latinū putant: & a careo deduci uolunt: eo qd melli careat pfusione: & ob hoc cū diphthongo scriptitari asserūt.

Cæfaries cum. æ. diphthongo scribitur: & a creba cæfione deducitur.

Cæsar cum. æ. diphthongo scribitur: & a cædo uerbo deducitur: hoc est cæsa matris aluo. Nam teste Plini. li.

Fœtus cum œ. diphthongo scribitur: & a fundo quod euz. o. fundo apud antiquos dicebatur: nomē assum-
psisse perhibent. Nam proprie proventus est ex naturali terræ fructu. Postea uero ad usurā traslatū: quasi
pecunia per se fructū pducatur: sicut terra. ut lucanus: Hinc usura uorax auidūq; in tpe fœnus. At. M. Varro
teste Gellio li. xvi. Noctū atticage a foetu ductū putauit: & quasi a foetura quadā pecuniæ parturientis atq;
increscētis. Et inde fœenerator atq; fœnero uerbū: quæ eodē modo scribunt & sub eisdem significatiōibus.
Horatius in epodo: Hec ubi locutus fœenerator alius Omnem redegit idibus pecuniam: Querit calendis
ponere. Et dicim⁹ fœnero tibi: sicut mutuo tibi. unde qui fœnerat: pecuniam dat ad usuram: Qui uero fœ-
neratur: pecuniam ad usuram accipit: sicut qui mutuatur: pecuniam mutuo accipit.

Fœnum cum œ. diphthongo scribitur: a fœnus deducitur: cū nil aliud sine aliqua cura tantū fœn⁹ præbeat.

Fœtus cum œ. diphthongo scribitur: dicitur id uiuum quod ex mulieribus uel pecoribus nascit: & a foueo
uerbo descendit. Inde etiam foetura. i. genitura: quæ p toto animalū puentu poni consueuit. Virgilius in
bucolicis: Si foetura gregem suppleuerit aureus esto. Vnde foeto foetas uerbum pro eo quod est gigno &
pario deductum est. Et inde foeta uocatur: tam quæ pregnantis est q̄ quæ peperit. Virgilius in Tytiro: Non
insueta graues tentabunt pabula foetas. Idem in. viii. aeneidos: Fecerat & uiridi foetā mauortis in antro, pe-
buisse lupā. Iuuenalis in satyra: Plurima sunt fuscine. Patrem ipsuz turbamq; casæ: qua foeta iacebat Vxor:
& infantes ludebant quattuor unus Vernula tres domini.

Gæsa per. æ. diphthongum & unicum. f. scribitur: genus est iaculi.

Græcus cum. æ. diphthongo & omnia ab eo descendencia scribuntur. De qua dictione cū suis deriuatis: quia
græca est: in sequentibus late uidebimus.

Hæc cum. æ. diphthongo a nostris scribitur: & ut quidam existimant a græco huiusmodi dictio ortū habuit.
Nam ubi nos hac dictione utimur: illi. ð. aspiratum scribunt: quare per adiectionē. c. & conuersionem ipsi⁹
ð. græce litteræ: quæ apud illos semper produciuntur. e. nostrum quod ut cognoscat semper produciunt diph-
thongum appouere: ut in nonnullis aliis dictionibus quandoq; fieri diximus. Alii uero non ab. ð. græco:
sed ab hic masculino formari existimant per conuersionē scilicet. i. breuis in. e. breuem. Vnde nec diphthon-
gari illam uolunt: cui sententiæ Priscianus assentiri uidetur dicens absq; omni exceptōe pnomina in. c. defi-
nientia breuiari. Quod uero apud auctores interdū reperiunt pducta: hanc asserit esse causā q̄ cū gemina
to. c. scribebant. Sed quia nescio quo pacto id fieri potuisset: ideo nō placet: cū semp hac longa inueniat.

Hæ nominatiuus pluralis cum. æ. diphthongo scribitur: & a græco transfertur apud quos ð. euz aspiratione &
diphthongo similiter scribitur: quā nos in æ. nostrā semp cōuerture cōsueuimus: ut supra ostendimus.

Hædus teste Varrone de origine linguæ latinæ quibusdam placuit per æ diphthonguz scribi: ut a uerbo edo
in quibusdam suis casibus discreparet. Aliis uero uisum esse ait: ut aspiratiōis nota hanc differentiā faceret.
Et ob id maxime q̄ sabini a quibus romani hoc nomen habuerunt fedus absq; diphthongo dicebant. Cer-
tumq; esse ait romanos ipsum. f. sabinorum in aspirationem solitos fuisse conuerture. Nam ubi sabini fire⁹
romani hircus: ubi illi uesere romani uehere protulere. de quo late supra uidimus: cum de aspiratione & f.
littera atq; u. tractauimus. Varroni uero ad uberiorem differentiam magis placet per aspirationis notam:
& per. æ. diphthongum hædum annotare.

Hæreo cum aspiratiōe principii & æ diphthongo in prima scribitur: & ppter ea aspirari placuit & diphthon-
gari: quoniam in secūda persona singulari præsentis imperatiui modi uidelicet hære neq; sola diphthogus
neq; sola aspiratio sufficere poterat ad differentiā: tum propter ablatiuum eius nominis æs æris: quod facit
ab hoc ære cum diphthongo & sine aspiratione: tum ppter uocatiuum alterius nominis herus heri quod
facit o here cum aspiratiōe scilicet & absq; diphthongo. Significat enim hære nonnunq; dubitare & hæsitā-
re. Iuuenalis in satyra: Credo pudicitia: Dic Quintiliane colorem hæremus. i. dubitamus.

Hæres cū æ diphthongo scribitur: & ab hæreo ut omnes phibent deriuat eo q̄ alteri bona hære dicant.

Hærito cum æ diphthongo scribitur: & ab hæreo descendit.

Iaci cum æ diphthongo scribitur: & est præteritū deductū a iacio: unde primā diphthongi accepit.

Lætus cū æ diphthongo scribitur: & dicitur teste Varrone a latitudine mētis: quā scz ex suo aspectu efficit. Nam
pprie aiata dicunt læta quādo sensibus dilatant. Sed quia sic natura comparatū est: ut quæ bona corporis
habitudine sunt alacriora: quæ uero debili tristiora sint: factum est ut lætas uocemus oues: lætos greges: &
læta armenta: quæ piguedine & meliori corporis habitudine conspiciunt. Homines uero quia rōnales ex
meliori mētis habitudine ex qua alioge sensuū dilatio cōsequit: lætos dicim⁹: & nō meliori corpis dispo-
sitōe. Inanimata uero læta dicim⁹ quæ aspectu hoies ipsos lætificāt: unde lætas segetes: lætas uites: lætas ar-
bores: & læta oliueta sapissime poetæ dicunt: quia ex eorum aspectu nos lætos faciunt: uel q̄ ipsa læta uidē-
tur: & est metaphora rei animatæ ad inanimatam: qua frequenter utitur poetæ.

Lætamen cum æ diphthongo scribitur: & a lætus descendit: quia facit lætas segetes: nonnulli dicunt uulgo
sic quoq; dici: sed latine limus.

Lædo cum æ diphthongo scribitur: quam teste Prisciano in. viii. etiam in præterito conseruat: & utputo in
supino & descendentibus.

Mareo cū .æ. diphthongo scribitur: & primam diphthongi uocalem a mareo unde deducitur assumere dixit Apuleius. Nam teste Varrone: mareo dicitur eo quod corpus etiā macescere facit. Alii uero diphthogari dixerūt ut a mereo uerbo differat: quod facit prateritū merui. Virgilius: Equidē merui neque deprecor: & a mercede descendit: unde & dignus esse designat. ut Iuuenalis: Pone crucē seruo: meruit quo crimine seruus Supplicium. Significat etiā idem quod milito. Lucanus: Aere merent paruo. Et sic dicimus Sertoriū diu meruisse. & Statius in. iiii. thebaidos: Non hi tibi solū ampliare merent. cuius passiuū apud antiquos erat mercor si militer absque diphthongo: quod sane a posteris in frequentiori usu deponēs habet. Sane a mareo quod cuius diphthongo scribitur: & facit in praterito mæstus sum uel fui: fit impersonale mæret cū significato. s. sui uerbi. A mereo uero sine diphthongo fit similiter aliud impersonale meret. quod teste Seruio super quartum æneidos: simili modo militiam significat.

Mæror cum .æ. diphthongo scribitur: & a mareo uerbo deducitur: significatque tristitiam.

Mœnia cū .œ. diphthongo scribitur: & dicuntur quasi munia. cuius orthographiæ causam dixit Seruius in decimū æneidos: quia ubi nos .u. habemus: græci .ou. diphthogū habet. quare putauerūt antiqui nos etiā pro eadē littera .u. diphthogū aliquā posse apponere. Et licet nō eadē posuerint: hanc tamē quæ est. œ. ponere cogitauerūt: inde mœnia pro munia dixerunt: pœnio pro punio. quod uerbū ut ait Seruius a pœna uenit: hinc & pœnica regna uidet cū .œ. scribendū dixit. Similiter mœrus cū .œ. diphthongo apud antiquos fuisse dicit: quod apud nostros murus dicitur. Idque Virgiliū in .x. æneidos obseruasse uoluit cū ait: Quin intra portas atque ipsis prælia miscet Aggeribus mœrorū. uidelicet cum .œ. diphthongo antiquorū more pro eo quod dicimus murorū. Sane mœnia ipsa: & pro muris accipi solent: & pro ædificiis ipsius urbis. Nam murus quidē urbis est lapideus ambitus: qui græce in neutro Το Τειχος dicitur. Nec urbis solū sed munitiōnū castrorūque & similitū. At uero domorum paries magis dicitur: qui græce in masculino ὁ Τειχος nuncupatur.

Næ pro utique & certe cum .æ. diphthongo scribitur: sed quia græca dictio est & specialem exigit difficultatē: de ea plene inter græcas dictiones tractabimus.

Nania cū .æ. diphthongo scribitur: & a nanus ut quidā putant deducitur. Nanos enim ueteres partos dicebant. Unde nania friuola & inania aliq̄ dicuntur qualia. s. parui ac titare solēt. quidā autē nania ab inani per dēptionē primæ uocalis asserunt deriuatum. Quintilianus uero in septimo de institutione oratoria: Tertiū inquit est diuersus translationis modus: cum res communis pluribus in uno aliquo habet nomen eximium: ut carne funebre proprie nania dicitur: de hoc in dictione epodium clare uidebimus.

Obscœnū ut supra uidimus cū de syllabis desinentibus in .b. tractauimus: cum .œ. diphthongo scribitur. Idque sentit Priscianus: quod compositū dixit ex obs & cœnū. Varro autē libro sexto de lingua latina cū .æ. diphthongo scribendū dixit: & ex ob & scœna compositū uoluit: quasi ob scœnā talia quæ obscœna dicuntur perpetrentur.

Pægi cum .æ. diphthongo scribitur: prateritum est Quintiliano teste in primo a pago antiquissimo uerbo deductum. unde ipsum a diphthongi assumpsit.

Plæbs cū .æ. diphthongo scribitur: sic enim in antiquissimis inscriptiōibus comperi: & id iure fieri ab aliquibus probatur. quia a plasion quod pluralitatē significat deducitur: ac ob id primam diphthongi litteram ab illo assumere uolunt: quæ tamē dictio non nisi in compositiōe apud græcos est in usu: ut polyplasion diplasion & similia. Nec solū declinatur plæbs plæbis: sed etiā teste Prisciano in libello de nomine plæbes plæbei quæ declinatōis.

Plærus cū .æ. diphthongo scribi dixit Apuleius: & a πλῆροσ per conuersionem. e. producta in .æ. diphthongum deductum dixit. Nec tamen est in usu.

Præ cum .æ. diphthongo scribitur: & a πρᾶξι græco traduci nonnulli affirmant. Unde omnia quæ ab ea præpositione deriuantur uel componuntur: cum .æ. diphthongo scribuntur. Deriuantur quidem ut prater: componuntur uero ut præses: prælatus: præfectus: præsum: & similia. & similiter omnia quæ præ longa in principio scribuntur: si diligenter inuestigetur a præ cū .æ. diphthongo ducuntur. excipiuntur præcor: præces: & præciū: quæ & si cum præ præpositione præposita uideantur: absque compositione tamē sunt: & absque diphthongo: quin & primam breuiem habent. Virgilius libro. iiii. æneidos: Hortatur pater ire mari ueniamque præcari. Idem in eodem libro: Sed uotis precibusque iubent exposcere pacem. Sane præpositio præ cum uerbo iuncta nonnunquam eandem pene significationem cum suo simplici detinet: ut præcludo: præcido: præmorior præcingo: idem sunt quod cludo: cædo siue incido: morior: cingo.

Præbeo quod significat trado: ex præ & habeo compositum est. Nam is qui aliquid præbet: id præhabere ratione dicitur. Nisi enim id quoquo modo præhaberet: alteri præbere nequiret.

Præcox cum .æ. diphthongo scribitur: fructus dicitur sapissime præter morem cæterorum coctus: siue ante cæteros. unde ficus & uua præcoces dicuntur. Quidam uero non præcox: sed præcoquus præcoqua præcoquū declinant: ut Martialis: Vilia maternis fueram præcoqua ramis. Nunc in adoptiuis pfica cara sum.

Præco cum .æ. diphthongo scribitur: & quasi præcino intelligitur. nam componitur ex præ & cano.

Præcipio cum .æ. diphthongo scribitur: compositum est ex præ & capio: & significat præcepta tradere: quod est tum magistrorū tum magistratū: eodem modo descendētia scribuntur.

Præda cū .æ. diphthongo scribitur. Nam compositum est ex præ quod est ante & datū quasi ante datū sit: hoc est quod

ante dationem possidentis ui rapimus: Varro uero scribit prædam a pariendo dictam: quasi paridam.

P rædium cum æ diphthongo scribitur: ut uidimus in dictione agricola: & a præda deducitur. eo q̄ capti ab hostibus agri militibus antiquitus distribui consueuerant.

P rædo cum æ diphthongo scribitur: & eodem modo componitur.

P rælum cum æ diphthongo scribitur. Nā cōponitur ex præ & luo: eo q̄ humore fluenti præluat. i. madefiat.

P rælum cum æ diphthongo scribitur: & ut quidam ferunt a prælo deduci phibet: quia sicut in prælo humor uuarū uel oliuarum: ita in prælio sanguis hominum funditur.

P ræparo cum æ diphthongo scribitur: & componit a præ quod est ante & paro quasi ante paro: quæ utilia mihi fore credo. Cicero officiorū libro. ii. facile totius cursum uitæ uidet: ad eaq̄ degendam præparat res necessarias: ut pastum ut latibula & alia generis huiusmodi.

P ræripio cum æ diphthongo scribitur: & licet componat ex præ & rapio: illa tamen præpositio præ antecessorem temporis pprie non declarat. Nam is qui alteri præripit in suos usus capit. Cicero pro Galba: Demosthenes tibi præripuit: ne esses primus orator: tu illi ne solus. Vnde ob hoc ab eripio differt q̄ qui alteri aliquid eripit. potest uel non in suos usus capere. Ut eripuit illi uitam. Nonnunq̄ etia; præripio ablatiuū cum præpositione a uel ab postulat cum qua uerbum eripuit aliquando cōiungitur. Verum in uoce passiuua nonnunq̄ ante capere designat: ut Plinius nepos de uiris illustribus. Immatura inquit morte præreptus non potuit præstare quales promiserat rege; hoc est imatura morte præuentus.

P ras cum æ diphthongo scribitur: & teste Varrone a præstando fidem dicitur: id est fideiussor: & facit in genitiuo huius prædis.

P raputiū cū æ diphthongo scribitur. Et dicitur inde quod mēbris pudendis siue putentibus præemineat.

P ræideo cum æ diphthongo scribitur: cōponiturq̄ a præ & sedeo: ut Suetonius de Tiberio: præsedet actiācis ludis: hoc est etia; præfuit. Sane præsidere proprie ē ad opem præstandā præesse. Cicero p̄ Silla. Vos dii & patrii penates qui huic urbi atq̄ imperio præsidetis. Quintilianus li. x. de institutiōe oratoria de Homero loquens ait: Nam & beniuolū auditorē inuocatione dearu; quas præsidere uatibus creditur est: & intētū; pposita rerum magnitudine & docilem summa celeriter comprehensa facit.

P ræses cum æ diphthongo scribitur: & a præside dicitur: ut a desideo deses a resideo reses: is dicitur: Vulpiano teste: qui maius in puincia imperium habet omnibus post principem. Dicit etia; præses auxiliator: ut Liuius libro. vi. ab urbe: Dii dearu; qui capitoliu; incolitis sicine uestrum militem ac præsidem finitis uexari ab inimicis: præsidem dixit p̄ auxiliatore ac defensore.

P ræsidium cum æ diphthongo scribitur: a præsidere cum opem præstare denotet deduciturq̄: estq̄ auxiliū principale. Nam subsidium id dicitur quod in auxilium successit: unde & milites qui ad tutelam oppidi castelli si miliūq̄ collocati sunt: præsidium uocant: ut impositum est præsidium Caietæ.

P ræful cum æ diphthongo scribitur: & a præfaliendo deriuatur. Sane is antiquitus dicebat: qui primus erat inter salios. i. Martis sacerdotes romæ dūtaxat a saliendo dictos in portandis. f. ancylibus: ut supra in dictione ancyle uidimus: & ita a præfilio: hoc est ante alios salto dictum putant.

P ræsto cum æ diphthongo scribitur: & componit ex præ & sto: & idē est quod adsum. Nec alteri uero uerbo coheret: nisi uerbo substantiuo: & huic simplici: ut præsto sum uel fui. Nam præsto adsum magis poeticus est: significat autē tria præcise ut uerbum adsum. primū quidē est præsens sum Cicero in Bruto. Quibusdā quidem causis tu etia; Brute præsto fuisti. secundum uero significatum est præsidio esse. Cicero p̄ Murena Ius ciuile didicit: multum uigilauit: laborauit: præsto multis fuit. Et p̄ eodem: Tu interea romæ scilicet pro amicis præsto fuisti. tertium autem significatum est aduenire siue comparere. Cicero ad Hieronymum: Hirundines astiuo tempore præsto sunt: hyeme pulsæ recedunt.

P rator cū æ diphthongo scribitur: a præuindo nomen accepit: & dicitur prator quasi prator.

P cæna cum æ diphthongo scribitur: sed ut in sequentibus ostendemus græcum est: a quo teste Seruio in. x. aneidōs pœnicus pœnica pœnicum descendit cum æ diphthongo scribitur: at penitus aduerbiū prorsus absq̄ diphthongo scribitur: cum eius prima breuis sit.

P cœnitet cum æ diphthongo scribitur: & a pœnio teste Seruio in. x. aneidōs descendit: quod ut ait apud antiquos cum æ diphthongo scribitur.

P omœriū eū; æ diphthongo in antepenultima scribitur: Cuius uim uerbi teste Liuiō li. i. Solam intuentes post mœniū interpretantur esse: & pergit idem Liuius: Est autē circa murum locus: quē in condendis urbibus quōdam hetrusci: qua murum ducturi erant certis circa terminis in augurato consecrabant. Et hoc spaciū quod neq̄ habitari neq̄ arari fas erat: non magis q̄ post murum esset q̄ q̄ murus post id pomœrium romani appellarunt: hæc ille. Vnde idē sentiens Lucanus ait: Longa per extremos pomœria iungere fines: eius uero orthographiæ rationē uidimus supra in dictione mœnia. At pomariū non cū æ diphthongo sed cum. a. absq̄ diphthongo in antepenultima scribitur: & a pomis nomen accepit. Et est aut locus consitus pomis: Ut Ouidius in. iiii. metamorphoseos. Id metuens solidis pomaria clauserat atlas Mœnibus. Aut est fructuum pomi repositoriū: aut copia ipsa arborū pomiferarū. Pomœridianum similiter absq̄ diphthongo scribitur.

& a post & meridiē componit: hoc est post meridianum. Vnde ait Quintilianus in.iii.de institutione oratoria: Iſocrateq; iā ſeniore. octauū enī & nonageſimū ipleuit annū pomeridianis ſcholis Ariſtoteles precipere artem oratoriam cepit.

Quæ cum æ diphthongo ſcribit̃: & ut aliq̃ dicunt differentiæ cauſa: ut a que differat cōiunctiōe. Alii uero putant ipſum quæ ab ablatiuo qui & qua per deriuationem trahi: a quo ipſum a diphthōgi accepit: ſ; ut puto nunq̃ nominatiuus ab ablatiuo deſcendit. Quin & ab eo omnia compoſita diphthongañ: ut quæna quædam quæpiam: & ſiqua ſunt alia.

Quæro cum æ diphthongo ſcribit̃: & teſte. M. Varrone: ex quæ & res cōponit̃ proprie enī quærere ē quæ ſit res aliq̃ inueſtigare. Quod ſicuti hæc nō placeat cōpoſitio audiat quæro p̃pterea diphthongandum eſſe: ut paſſiuū eius quæror a deponenti quæror. i. conquæror: qđ ſine diphthōgo ſcribit̃: per diphthōgū differat.

Quæſo cum æ diphthongo ſcribitur: & a quæro deriuat̃: ac diphthongum accipit.

Ræte cum æ diphthongo ſcribitur: & a rapio deſcendit: a quo primam diphthongum accipit.

Ræda cum æ diphthongo a multis ſcribi conſueuit.

Sæculū cum æ diphthongo ſcribit̃: quod ſane abſq; diphthongo poſſe ſcribi uidebat̃: quia a ſequor habēte e breue deducit̃: uel ut Varroni placuit a ſene habente ſimiliter primam breuē deriuatū eſt. Sed q̃a rez pductiſſimā deſignabat. placuit atiqs noſtris ſignificatiōis cā primā ſyllabā pducere: & p̃ diphthōgū id ſignare.

Sædo ſædas primæ cōiugatiōis p̃ æ diphthōgū ſcribit̃: & qđ ſanuꝝ do deſignare ex ſua cōpoſitione uolunt.

Sæpe aduerbiū cū æ diphthōgo ſcribit̃: ut a ſepe ablatiuo differat: qđ ſine diphthōgo hæc ſepes piſ ſcribit̃.

Sæuola teſte Varrone cum æ diphthongo ſcribit̃: & a ſæua. i. ſiniſtra deduci uoluit: eo q̃ quæ ſiniſtra ſunt bona auſpitiā exiſtimantur. et inde ſæuum omen apud antiquos dictum rettulit.

Sæuus cum æ diphthongo ſcribitur.

Tæda cum æ diphthongo ab antiquis noſtris ſcribit̃: & a græco Ταδα quod luminare ſignificat deducitur. unde a primam diphthongi aſſumpſit.

Væ interiectio cum æ diphthongo ſcribitur: ut differat a cōiunctiōe ue. quæ abſq; diphthongo ſcribit̃. Sūt etiam qui dicant eam ab dictione græca ουαι exortam eſſe.

Væneo cuz æ diphthongo teſte Apuleio ſcribitur: ut. ſ. in ſecunda perſona a uenio diſcrepet: quin & a datiuo & ablatiuo eius nominis: quod eſt uena quod ſine diphthongo ſcribitur.

Vænundo a uando eodem teſte cum æ diphthongo ſcribuntur. Quæ a uenum ſupino & do compoſita uoluit: unde a principali diphthongum ſuſcipiunt.

Ræfert. M. Varro quosdā putaffe eas oēs dictiones diphthongari debere: quæ cuz principalib; ſyllabis pducant̃ ab illis dictōibus deriuant̃: quæ in principalib; e. correpta habet̃: ut uidelicet ipſa diphthōgus inditio eſſet correptionē primitiōis in deriuatis nō obſeruari: ut ſænus a ſex: danus uel denari; a decez: ſæculū a ſequor uel ſæne: ſædes a ſedeo: licz ſedile naturā primitiui ſeruauerit. Virgi. li. æneidos. i. Viuoq; ſedilia ſaxo. Quod & ſi iā in aliis non obſeruet̃: in ſæculo obtinuit rō ut diphthōgetur. Sunt etiā qui demū ob eandem cām diphthōgari uelint: quod a decez prouenire faciūt: eo q̃ ſignificat ad finem & in decem naturalis ſit numeri ſinis. Similiter ſecundū eos deniq; quod eodem modo ad finem ſignificat: & ob eandem cauſam a dænus deriuari uolunt. alii a denuo: nos uero præter ſæculum omnia alia abſq; diphthongo ſcribimus.

Sed reſtat iam grandē illā nobis quæſtionēz euoluere: quæ de haruz diphthongoz æ & æ tēporibus diligentius intimiuſq; diſquirat. Nam ab aliis oibus intacta relictaq; uidet̃: præter q̃ a Prifciano: qui illam pauculis hiſce uerbis uoluit diſſoluere. Itaq; poſtq̃ in primo libro dixerat huiuſmodi diphthōgos breuiari poſſe Immediate ſubdit. Vnde quidem non ſine ratione unū & ſemis ſingulas cas tēpus habere dicunt. Ideoq; ſi ſequatur conſonans: quæ dimidiū tēpus habet omnino pducunt. hæc ille. Qui paululū ſupra oſtendit cōſequente uocali breuiari poſſe. Tū in eadē dictōe: ut Virgi. in. vii. Stipitib; duris agit̃: ſubdibit̃ præuſtis

Quod Homerus ſimiliter nōnunq; obſeruauit. Tum etiā ſequēte uocali in dictione diuerſa: ut idem lib. iii. In ſule Ionio in magno. Sed illud rariffime. Similiter æ id quoq; & codez modo poſſe pati proſequit̃: ut apđ Aęſchiluz οἷς ῥος αυτας παροῦνοσ λοχοῖε ταισε. Cuius ſane rei rōez hanc noſi pi reddere explicareq; poſſumus. Quoniā longitudo ipſa ſyllabæ: aut quæ tēporis breuitas dicit̃: ex metro ac eius ſcãſione dephendit̃: quæ uirtute ſyllabæz quantitate conſicit̃. Sed cōſtat au & eu eiufmodi eſſe diphthongos: ut ita in metro: quæ admodū etiā extra metruz ſcribant̃ & p̃ferant̃: unde maiorem in ſono uocis p̃nunciationem neceſſario exigunt q̃ æ & æ. quæ tā & ſi ſcribant̃: non tamē proferunt̃. Nāq; in au & eu ſonus duarū uocaliuꝝ integer in unica tantūmodo ſyllaba cōſeruat̃: & p̃ conſequens utriuſq; illaz uocaliū temp; in metro remanere debet. Et cum ſingula uocalis ſonum ſuuz conſeruat̃: unū neceſſario temp; habeat̃: utraq; illaz diphthongoz. ſ. au & eu: duo tēpora quacunq; ſubſequente littera: ſiue uocali ſiue conſonate obtinebit. At uero æ & æ diphthongi: cum tantūmodo ſcribant̃: neq; ſecundū q̃q; litterā in metro p̃nunciant̃: non neceſſario earū quælibet duo tēpora cōtinebit. Sed tantūmodo conſonate ſequēte: quæ cum teſte Diomede & Prifciano dimidiū tēpus habeat̃: cōuenientiffime cōplebit diphthongi ſonū: quæ unū tempus: & ſemis primitus continebat. Nā neq; unicū tantūmodo tēpus: cū duæ ſint uocales. Nec duo ſimpliciter habere poterit:

eum sono unius dūtaxat litteræ pferatur: habebit ergo unū & semis: cui cuꝝ consonabit altera littera: quæ
 mediū tēpus fortitur: duo sane tēpora complere habebit: & longā merito diphthongū reddet. Verū si al-
 tera uocalis sequatur eum alterā syllabā & alterū sonū: necessario conficiat: priori diphthongo & syllabæ
 consonare nō poterit. Remanebit ergo diphthogus cū unico tēpore & semis: & per consequēs breuis erit.
 Nec danū tunc quoq; in uersu pati poterit tēpus: cū uoce uni⁹ litteræ diphthongus ipsa pferat. Nāq; i me-
 tro ꝑnunciatio magis q̄ scriptura attēditur. Concludimus igitur has duas diphthongos æ & œ in dictio-
 bus dūtaxat latinis naturaliter breues esse: cū naturaliter illæ quæq; unicū & semis tēpus contineat: quod
 longā syllabā reddere nō potest. Sed longas illas fieri posse discimus: uel ex loco quē in dictione fortūtur:
 q̄ naturaliter longā syllabā & duos tēporum illā requirit: ut finalis syllaba genitiui & datui numeri singu-
 laris: noiatiuiq; & uocatiui numeri pluralis nominū primæ declinationis: uel ex terminatiōe monosyllabæ
 naturaliter longæ ut præ: uel ex consonātis sequela: quæ defectū soni in medio tēpore cōsonando supplet:
 uel si in dictionib⁹ græcis etiā non sequēte cōsonante ponatur. Nāq; tunc quoq; longæ reddūtur. alio uero
 modo: hoc ē in dictionib⁹ latinis sequente uocali minime longari possunt: sed naturā sui tēporis conseruat
 & breues illas esse constat: ut supra ex intentōe clarissimoz auctoz una cum Prisciano ostendim⁹. Sed diu-
 bia circa hæc quoq; nōnulla esse uidentur. Quia nō minorē uim duæ uocales: q̄ unica tantū habere uident⁹
 Sed unica uocalis in unica syllaba duo tēpora sæpe continet: ergo multo magis duæ in unica similiter sylla-
 ba omni tēpore cōtinebunt. Amplius & si quælibet consonās dimidiū tempus habet: quæ per se syllabā fac-
 cere nequit multo magis & uocalis quæq; ipsi⁹ unicū habebit quæ syllabā per seipsaz reddere ualet. Si er-
 go in diphthongo duæ uocales erunt: duo tēpora necessario diphthongus habebit: & sic quoq; nunquā
 breuis esse poterit. Præterea non minoris uocales potestatis erūt in rōne tēporis q̄ consonātes: immo longæ
 amplioris: s; duabus consonantib⁹: aut unā duplici ad uocalē sequentibus fit syllaba lōga: ergo multo ma-
 gis uocales duæ in unā syllabā coeuntes necessario illā producent. Porro nō alia rōne diphthongus a cecidi
 præterito abiici dicitur: nisi q̄ eius prima syllaba correpta est: quæ in præsentī longa erat diphthongo:
 cum diphthongus ipsa breuis esse non possit. Ergo nec ullo pacto breuiari posse uidentur. Quid q̄ Diome-
 des: Seruius: Donatus: & alii grāmatici omnes uocalē longā diphthogō esse cōmemorant: quomō illam er-
 go breuiari posse dicemus. Sed hæc quoq; facillime dissoluunt: si ea quæ supra diximus diligenter cōside-
 rare uelimus. Nā cum tēpus ratione ꝑnunciatiōis in metro magis q̄ in scriptura attendat: si ex duabus uo-
 calibus in eadē syllaba uno tantū sono suo ꝑnuncietur: nihil ipedit syllabā ipsaz alia sequente uocali corri-
 pi posse: cum nō tantū tunc tēporis habere possit: q̄ tū ad ꝑductōem prorsus requirit: unde & in syllabis
 naturaliter longis ꝑ alterius uocalis sequentiā idem sæpissime contingit: ut hæc monosyllaba de cum natū-
 raliter longa sit: si cum dictione incipiente a uocali cōponatur: sane ipsa quoq; corripit: ut deinde dehinc
 dehisco & similes. Virgi. li. æneidos. v. Infundunt pariter sulcos torūq; dehiscit. Cōuulsum remis rostris stri-
 dentibus æquor. Cum ergo dicit nō minore uim duæ uocales habere uidentur q̄ una. Verū id sane est: si
 sonum suum ambe cōferuent: & si multo magis uocales duæ in unica syllaba sonū suum seruantes: duo tē-
 pora continebunt: q̄ uocalis unica tantū: ut in au & eu manifestum uidebim⁹. Nāq; syllaba quo ad ꝑducti-
 onē & correptionē: non ex multiplicatione litteræ attenditur: sed ex sono ꝑ morā & quantitatē facit i me-
 tro. Vnde si in eadē syllaba tres consonantes uni uocali anteponan⁹: non minus illa breuis esse poterit: q̄ si
 unica tantū aut nulla posita esset: ut strophades. Ad id ergo quod subsequēter dicebatur: si quælibet con-
 sonans: quæ per se syllabā facere nequit: dimidiū tempus habet: multo magis quæq; uocalis tempus unū
 habebit: quæ syllabaz ex se facit. Dicimus id quoq; uerū esse: quando uocalis ipsa ex se syllabā facit: uel so-
 num suū in syllaba conseruat. Quod q̄ in diphthongis æ & œ minime fieri uidemus: nō obstat illas uocali
 subsequente breues fieri posse. Nec id quod tertio loco propositū fuit obstat: cum dicebat non minoris
 potestatis uocales esse q̄ cōsonantes. Cum diuersa sit ratio quare duæ consonātes: aut una duplex ad uoca-
 lem sequētes illam ꝑducunt: & duæ uocales in eadem syllaba coeuntes sequente uocali corripantur: cum in
 primo ratio sit nimia soni asperitas: quæ ex cōsonantib⁹ post uocalē in metro exoritur. Alterius uero rō sit
 temporis breuitas: quæ in pronuntiatiōe eiusmodi diphthongi sequente uocali cōprehenditur. Non etiā
 id obstat quod subsequēter dicebatur: non alia rōne diphthongū a præterito cecidi abiici nisi q̄ eius pri-
 ma correpta est: in qua diphthogus stare non pōt. Nam ob id quoq; diphthongus abiicitur: q̄ illa remanē-
 te nullo pacto breuis ipsa diphthongus eo in loco ob consequentiā consonātis haberi potuisset. In quo sa-
 ne loco breuis syllaba ab auctoribus nostris requisita fuit: unde & si uocalis sequi potuisset remāisset utiq;
 diphthongus: & breuis fuisset: quare magna cū ratione absq; diphthongo scripta fuit: & non illa qua dice-
 batur: q̄ diphthongus æ breuis esse non potest: quod falsum esse ostendimus. Nec Diomedes aliiq; gram-
 matici his quæ diximus contradicūt: cum uerū dicant uocalem longā esse diphthongo. s. sequente cōsonā-
 te: ut nos de illorum mente expressim⁹. Sed iā ad alias græcas dictiones: quæ latine scribuntur redeundū ē
 D iroce cum. i. latino & c. exili: hoc est absq; aspiratione scribit: fuit foemina babilonia adeo sua forma tumēs
 q̄ Palladi cōiuciarī non formidauerit. Quare cum se in palæstinoz stagno lauaret: in pisceꝝ cōuerfa est qd
 tentiens filia laqueo se suspendere uoluit: sed miseratōe deoz in colūmbā cōuerfa fuit: ut latius descripsit

Ouidius li. metamor. iiii. ubi ait. Dirce quā uersam squamis uelantibus artus & reliq̄. Fuit & altera Dirce uxor Lyci thebæ regis: qui cū prius Antiopā uxore haberet: quæ a Ioue cōuersa in formā satyri grauidata fuerat: ut in ea dictione uidim⁹: illā uelut adulterā Lycus dereliquit: & Dirce superinduxit: hæc semel in suspicionē adducta: ne cū antiopæ Lycus cōcubisset Antiopā ipsāz carcerari fecit: quæ inslate part⁹ tēpore & agente Ioue uincula rupit. Ac in monte citharone paries natos exposuit: quos pastor inueniēs p̄ suis educant. Sed tractu tēporis a matre recogniti: & in ultionē iniuriarū inducti Lycū interfecerunt: & thebanorū regno occupato Dirce nouercā indomitorū taurorū caudis disrahēdā alligarunt: q̄ cū usq; ad locū limpidissimi fontis illā traxissent: fingunt poetæ in sui nois fontem cōuersam fuisse. Quare dixit Ouidi. in Ibm. Perq; feros montes tauro rapiente traharis.

Vt tracta est coniunx imperiosa Lyci.

Dircæus cū. i. latino & c. exili atq; æ diphthongo in penultima scribit̄ dicit̄ aonijs siue theban⁹. nā pars boetia in qua fons est dirceus a Dirce dircea cognominata fuit: Lucanus in. iiii. Cadmeaq; dirce. Quare Virgilius in Alexi ait. Amphion dirceus in aetæo aracyntho. i. Amphion thebanus. Similiter Statius in primo achilleidos cum narraret se thebana facta scripsisse inquit: scit dirceus ager. i. thebanus.

Dyrhachium cū. y. græco & duplicato. r. a græcis scribit̄: quare a nostris secundū. r. aspirari debet secundū Prisciani doctrinā: & in penultima cuz. ch. aspirato & i. latino scribitur: fuit ciuitas in epiro: de qua Lucan⁹ in principio li. vi. inquit: Dyrhachii rapiendas tendit ad arces: Et uocata prius fuit epidanos: ut in ea dictōne uidebimus: de qua Lucanus eodem libro.

Vndiq; præcipiti scopulis reuomentibus equor.

Exiguo debet: quod non est insula colli.

Discus cum. i. latino & c. exili scribitur. genus est uasis lati: & ob id portandis carnibus ad mensam q̄ aptissimū: ut ostendit Iulius Pollux ad cōmodum iperatore de uocabulis rerū: hoc nōnulli ex nostris lancez putauerunt. dicente Iuuenale in satyra: Si te p̄positi: Aspice q̄ longo distendat pectore lancē. f. piscis qui super illo portabatur: ad cui⁹ similitudinē genus illud lapidis quo corpora exercebant ueteres: discus uocabatur. Vnde Hora. in primo carminū. Neq; iā liuida gestat armis brachia: saepe disco: saepe trans finē iaculo nobilis expedito.

Dysenteria cum. y. græco & unico. f. atq; t. exili: & in penultima cum. i. latino scribitur: est intestinorum exulceratio. Nam dys cum componitur semper quid malum exprimit: & εὐτέρα intestina dicunt̄.

Dysphilus prima cū. y. græco: penultima cū. ph. aspirato & i. latino atq; unico. l. scribit̄ nomen est fictitiū: quasi malum amicū designat. nā cōponitur ex dys: quod ut dixim⁹ in compositōe semp̄ aliquid mali denotat: & φιλος quod est amicus: iuxta quod ait Iuuenalis in. iiii. satyra: ubi de græculis loquitur. Non est romano cuiq; locus hic ubi regnat Prothogenes aliquis uel dysphilus.

Dyscholos cum. y. græco & ch. aspirato scribit̄ græcū uocabulū est significās malū ac p̄ciosum: seu toleratu difficilem. Nam componit̄ a dys: & χολη: quæ est cholera: q̄si mala cholera: seu χολος iracundia.

Dispodeus cū. i. latino & absq; aliq̄ diphthongo scribit̄: & cōponit̄ ex dis: qd̄ est bis: & spode. de quo i sua dictōne uidebim⁹. Nā pes est ex duab⁹ spodeis cōstās: hoc est ex quattuor lōgis tēporē. viii. ut oratores: cōdimētis.

Diābus cū duob⁹. i. latinis scribit̄: atq; p̄fertur cōponiturq; ex dis qd̄ ipm. f. saepe in compositiōe abiicit̄: & iambus. Nam pes est constans ex duabus iambis: hoc est ex breui & longa: & iterum ex breui & longa: temporum sex: ut amœnitas olympii.

Ditroche cū. i. latino & t. exili atq; ch. aspirato & absq; diphthongo scribit̄: & simili mō pes est bitroche: ut in dictōe troche⁹ uidebim⁹: Nā cōstat ex lōga & breui: & iteq; lōga & breui: tēporē sex: ut cātilena: iperator

Distichus cuz. i. latino utrobq; & t. exili atq; ch. aspirato scribitur: dici potest a nostris geminus uersus. Nam ex dis quod est bis & στιχος uersus componitur.

Dithyrabus prima cum. i. latino: sequens cuz. th. aspirato & y. græco scribit̄: fuit teste Herodoto uir thespiacus: a quo credimus genus illud uersuum cognominatū fuisse: de quibus Hora. in. iiii. carminū inquit. Laurea donandus apollinari: Seu per audaces noua dithyrambos: Verba deuoluit numerisq; ferē lege solutis

Dius cū. i. latino scribitur: dici potest a nostris generosus: quasi a Ioue uel deo ortus: sic & apud græcos obseruasse uidetur Homerus: cum ait Δίος ἄχι λειψ. i. generosus Achilles. Eodez modo Virg. li. xi. aneidos Quas ipsa decus sibi dia camilla.

Dmois cum. m. post. d. in eadem syllaba: & cum. i. latino in fine scribitur: significat apud nos seruus: qua sane dictione quidam comici ex nostris ad græcorum imitationem usi fuerunt. Sane apud illos Δμῶος scribitur: ubi hæc dictio conuertit. o. in. i. latinum: ut supra diximus.

Doc cū. c. exili scribit̄: dici pōt latine tignū uel trabes: q̄ sane dictōe utit̄ Pli. li. ii. naturalis historiae cū ait. Emicant & trabes igneæ: simili modo quas doc⁹ uocat̄: quales cū lacedæmonii classe uicti iperū grætiæ amiserunt

Dodona cū duplici. d. & duplici o scribit̄: fuit epiro oppidū habens propinquū nemus Ioui sacratū quernuz totū atq; ideo glandibus superabundans: eratq; adeo nobilis quercus: q̄ ex ea ornatissima fierent uasa: ut Helenus apud Virg. li. aneidos. iii. Stipatq; carnis Ingens argentum dodonæsq; lebetas. Vnde ab excel-

- lentia nemoris: ait Virgi. li. georgicorum. i.
 Prima ceres ferro mortales uertere terram.
 Instituit: cum iam glandes atque arbuta sacra.
 Deficerent silua: & uictum dodona negaret.
- D**olon cum unico. l. scribitur: fuit teste Homero li. x. iliados troianus eumenidis clarissimi; praëonis filius. Vnicus
 tunc cum explorator ad graecos missus est: sed ex quinque fratribus supstes. Vir auri arisq; ualde locuples: illibera
 li ad modum facie: sed egregia pedum pernicitate praeditus.
- D**onyfa cum y. graeco & unico. l. scribitur: insula est in mari aegaeo.
- D**olopes cum unico. l. scribitur: populi sunt thessaliae: ut ostendit Lucanus in. vi. Homerus uero li. ix. iliados in ora
 tione phoenicis ad Achille dixit illos in extrema phthiae ora: quae pars est thessaliae habitare. Solus Plinius in
 ter omnes: quos legi li. iiii. naturalis historiae dixit eos esse populos aetoliae.
- D**orycum. y. graeco in sine: nomen est oppidi pontici: quod apud nos lanceam significat.
- D**oryphor cum y. graeco scribitur: dici potest latine stipator uel satelles. nam componitur ex Δορυ quod est lancea & φορος
 portans: fuit etiam nomen uiri proprii: de quo Quintili. in. v. An uero statuag; artifices pictoresq; clarissimi cum
 corpora quae speciosissima fingendo pingendoque efficere cuperent: unquam in hunc incidit error: ut Bogoam aut
 megabyzum aliquem in exemplum operis sumerent sibi: sed Doryphorum illum aptum uel militiae uel palestra: aliorum
 quorum iuuenum bellicosorum & athletag; corpora decora uere existimarunt. Nos quoque oratore studem effinge
 re non arma: sed tympana eloquentiae demus. De eodem Thucydides de bello peloponnesiaco doryphorum inquit
 Polydectus effinxit: quam statuam sibi magistrum ait fuisse Lysippus.
- D**oryclus cum y. graeco & c. exili scribitur: fuit teste Homero li. xi. iliados filius nothus Priami: quem Aiax bello
 iterem: potest interpretari lanceae gloria. Nam Δορυ ut diximus lancea seu hasta est & κλέος gloria.
- D**oriscum. i. latino & c. exili scribitur: urbs est littoralis thraeciae fere ex opposito ad samothraciam & a Dory nym
 pha hoc est mari cognominata: iuxta hanc teste Herodoto li. historiae. vii. campus est magnus eiusdem nominis
 quem hebrus amnis defluit: in hoc campo struxit arcem Darius rex persag; Quo in loco post Darii ueniens Xer
 xes filius contra graecos uoluit exercitum suum connumerare & ordinare. Quin & naues ad portum urbis reduci
 fecit: ac numerum omnium recenseri. Sane doriscum dixit Plinius li. iiii. naturalis historiae: decies centies mi
 lium hominum capax: atque ita Xerxes sibi dinumerasse.
- D**oris cum. i. latino scribitur: fuit teste Hesiodo in theogonia nympha quaedam Oceani filia ex Thety uxore: quae
 Nereo fratri uxorem dedit: ex qua magnus nympharum numerus percatus est: haec a nonnullis interpretatur amaritudo
 do quae Nereum hoc est mare a νερός quod est aqua dictum: semper consequitur. Quae obrem nonnunquam a poe
 tis doris ipsa pro mari ponitur: ut Virgi. in Gallo.
- Doris amara suam non intermiscerat undam.
- D**oria & dorica cum. i. latino scribuntur: ac. c. exili in secunda noia sunt eiusdem partis achaiae: quae propinqua
 est athenis dicente Platone li. legum. iiii. dori per archium mutato nomine appellari propter doricum: a quo exules re
 stituti fuerunt. Seruius uero sup. ii. aeneidos: Dorica inquit a doro Neptuni filio ducitur. Ex dorica autem ducta fu
 it colonia in asia iuxta aetoliam: in qua urbes erant teste Herodo. li. historiae. i. Libos ielydos camiros coos & coidos
- D**ories cum. i. latino & unico. e. scribitur: populi sunt doricae iuxta aetoliam.
- D**oriees cum. i. latino & geminato. e. scribitur: populi sunt ionum: ut ostendit Herodotus li. historiae. i.
- D**orodoche cum. ch. aspirato scribitur: fuit teste Homero li. xvi. odyssae filia Orsilochi: & uxor Icarii
- D**orcoon cum. c. exili sequente geminato. o. scribitur: fuit teste Homero li. v. iliados uir troianus pergasi filius
 & Aeneae socius: quem Agamemnon in bello interemit.
- D**ortium aliqui cum. t. nonnulli cum. d. absque aspiratione: & i. latino scribunt nomen fuit foeminae diminutivum siue adu
 lationis amatoriae causa sic. platum: & a Δορον sic deductum quasi dulce & amabile donum.
- D**raco cum. c. exili scribitur: & ut scribit Plinius li. viii. naturalis historiae: & Solinus similiter ueris draconibus ora par
 ua sunt: & ad modum non dehiscunt: sed arctae fistulae: per quas trahunt spiritum & linguas exerunt: quippe non in den
 tibus uim: sed in caudis habeant: et uerbere potius quam rictu nocent: de quo late Lucanus li. ix. scripsit: & teste
 Plinius in praefato libro dracones uiginti cubitorum apud indos & ethiopas sunt: in quorum maritimis dicit quater
 nos quosque inter se cratum more contextos: erectis capitibus uelificantes ad meliora pabula arabiae fluctibus uehi
 de quo forte Lucanus libro. vi. intellexit cum ait: Non arabum uolucres serpentes innataeque rubris Aequoribus custos
 preciose uiperae conchae. Vocamus etiam draconem teste Plinius li. xvii. naturalis historiae palmitem: ut ait emeritum
 pluribus induratumque annis quod ex tortuositate similitudine acceptum puto.
- D**racena cum. c. exili & a diphthongo scribitur: est draconis foemina.
- D**rachma cum. ch. aspirato scribitur: quod nonnulli moderniores in g ob litterarum affinitate euertunt. Et ex decem
 & octo filiis hoc est tribus scripulis constare dicebat: ut uidebimus in dictioe talentum. Fuit etiam drachma teste
 Julio Polluce de uocabulis rege ad Commodum Caesarem atheniensium nomisma: quod ut ait bos etiam uocabatur
 quia cuiusmodi aialis figura designatus erat. de quo i legibus draconis se scriptum comperisse asserit: & forsitan
 de illo intellexit Homerus li. vi. iliados quem taxat Diomedes & Glauci arma quae iuicem permutarunt. Ita ut

- Diomedis arma nouem bobus & Glauci centum taxata dixerit. Quod sane Plini⁹ de animalibus exposuit.
- D**repanum cum. e. absq; diphthongo & p. absq; aspiratione scribitur: urbs est Sicilia: haud longe a monte eryce trans promontorium lilybei: dicta teste Seruio super. iiii. aeneidos uel a curuitate littoris: in quo sita e uel a falce: quam Saturnus post amputata uirilia. Caelio patri illuc proiecit: Vbi ex cruore. Caели & spuma maris Venerem natam quidam poetae fabulantur. Alii id Ioui imponunt: qui id idem Saturno effecerit. de drepano uero inquit Ouidius libro fastorum: Quiq; locus curuae nomina falcis habet. Ναζ Δρεττανι graece latine falx dicitur.
- D**refus cum. y. graeco absq; diphthongo scribitur: fuit teste Homero libro. vi. iliados: uir troianus ab Eurialo in bello interfectus.
- D**ryades cum. y. graeco scribitur: sunt nymphe a quercubus denominatae: quia filuas habitare dicebatur. Na quod graece Δρυος apud nos quercus dicitur.
- D**ryas cum. y. graeco scribitur: fuit teste Homero uir thesallus & amicus naestoris.
- D**rylon cum. y. graeco & unico. l. scribitur: fluiuius est dalmatiae: qui teste Ptolemaeo a scardo monte profluens: & per mediam superiorem mysiam pergens in danubium influit.
- D**ryme cum. y. graeco scribitur: fuit teste Herodoto achiuorum colonia.
- D**ryopis prima cum. y. graeco: & ultima cum. i. latino scribitur: prouincia est a rege cognominata: quae primo attica: postea helles dicta fuit.
- D**ryopes cum. y. graeco scribitur: populi sunt iuxta parnasum montem insidentes: & teste Seruio Apollinem maxime uenerantes. hos phocenses Vibius esse dixit. de quibus Virgilius libro aeneidos. iiii. meminit cum ait: Cretesq; dryopesq; fremunt pictiq; agatyrfi.
- D**ryida cum. y. graeco sequente. i. scribitur: fuerunt gallorum religiosi quidam & sapientes a quercubus denominati: quia in siluis habitare consueuerant. Vnde Lucanus libro primo ad illos locutus inquit: Nemo ra alta remotis In colitis lucis: Et Plinius in fine libri. xvi. naturalis historiae: Nihil inquit habent dryide. Ita enim galli suos appellant magos. Hos Aristoteles in libro de magia & Socion in libro successionum diuini humaniq; iuris peritissimos dixere: ac praeterea religioni deditos & semnotheos appellatos. i. castos & uenerabiles: Quorum ritum & mores Lucanus late profecutus est: & quaedam Plinius tetigit: sed ut ait Suetonius in uita Claudii dryidarum religionem apud gallos dyrae immanitatis tantum ciuibus sub Augusto interdictam: Claudius imperator quintus penitus oboleuit.
- D**romos cum. r. ante. o. scribitur: dicitur latine cursus: & accipitur non solum pro actu sed pro loco ubi curritur. Suetonius in uita Neronis: Elephanto super sedens peragratum dromorum decucurrit.
- D**ulichium cum. i. latino utrobique & unico. l. atque. ch. aspirato scribitur: insula est in malliaco mari una echinadum: hoc est teste Plinio libro. iiii. naturalis historiae corintho proxima ante leucada: & aethiam posita: ab ortu uidens strophades: & ab occasu ithacam: in qua quidem regnauit Vlyxes. unde dulichius dictus e.
- E**bur sine aspiratione uel diphthongo cum primam breuem habeat: scribitur: & graeca habere originem atque a barchiando nomen assumere quidem uolunt. Vnde eborea magis q̄ eburnea in prosa dicere debemus: ut apud Quintilianum in. vi. de institutione oratoria: ut Chrysippus inquit cum in triumpho Caesaris eborea oppida essent translata. Et post dies paucos Fabii Maximi lignea stethas esse oppidorum Caesaris dixit. Vlpianus de legatis. iiii. Quod si inquit in codicibus sint membraneis: uel charthaceis uel etiam eboreis: uel alterius materiae: uel ceratis codicillis: & paulo post subdit eboream bibliothecam emit. Inuenitur etiam eburna.
- E**cameda cum. c. exili scribitur: fuit teste Homero li. xi. iliados magnanimi Arfinoi filia forma deabus aequanda: quam a caeteris graecis electam Nestor quod consilio reliquos antecelleret: sibi donatam e tenendo ad graecorum castra deportauit: cui illa decore & iucunde ministrabat.
- E**chenes cum. ch. aspirato & absq; diphthongo scribitur: & fuit teste Homero libro. vii. odyssae omniu phaeacum generosior.
- E**chidna cum. ch. aspirato & i. latino scribitur: dicitur latine uipera: sed illaz maxime accipimus: quae ab Hercule interfecta fuit: dicente Ouidio. li. fastorum. v. Sanguine centauri lerneae sanguis echidnae. Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat.
- E**chinæis cum. ch. aspirato & i. latino atq; unica. n. scribitur: ac penultima per æ diphthogum: Genus est paruorum piscium: ut scripsit Plinius li. ix. naturalis historiae: &. xxxi. eiusdem uoluminis dixit idem auctor semipedales & admiranda uirtutis esse. Ita ut nauis cui adheret echinae: licet plenis uelis per mare decurrat & cunctae maris procellae deficiant: quasi radicata & immobilem firmet: de quo Lucanus libro. vi. Non puppim retinens euro tendente rudentes.